putrescunt. Salsum ꝙo:qꝛ nō est nisi siccū subtiliatissimuꝫ actione caloꝛis pauciſſimo aqueo colligatū:ꝛ per consumptionem ſuperabūdantis aqueitatis coagulatū. Ideo cōtingit qꝫ si aqueū occurrat eidem iterato liquescat in aquaꝫ atqꝫ dissoluitur:ꝛ in ꝓfundos meatus ac strictos ill abitur cunctis humiditatibꝫ se cōmiscēs. ¶ Dulce ꝙo:ꝛ vnctuosum dūmodo careant saporis alterius mixtiōe semper linguam leniunt ꝛ dilatant. Ita qꝫ si frigore constricta fuerit: vel alio exasperato sapore per istos extēditur.ꝛ absqꝫ resolutione cū punctura ipsius asperitas remouetur. Differenter tamen:qꝛ dulce corrigit efficatius impressiones in ea factas a frigore:sicut cōgelationē. Vnctuosum vero impressiōes factas a sicco sicut asperitatē ꝛ ariditatē. Cū itaqꝫ dilatare ꝛ extendere sit effectus caliditatis. Venire vero humiditatis:rationabiliter iudicatur qꝫ vnctuosum et dulce calida sunt ꝛ humida. sed tamen dulce calidius:ꝛ vnctuosum humidius. Iterū autē qꝛ dulce nulla qualitate verat linguā temperatam:eius caliditatem necesse est temperatam esse:ꝛ similiter eꝫ humiditatem. nam cum lingua nullo modo vertetur a dulci ꝛ maxime delectet necesse est ipm maxime esse temperatū ꝛ congruuꝫ corpoꝛi temperato. Ex his autem rationabiliter elicit medicus qꝫ dulce sit efficacissimum ad iuuandum digestionem et maxime nutrientis que tēperata caliditate ꝛ humiditate perficitur. Caliditate tamen vincente humiditatem:quemadmodum in dulci. Sed vnctuosuꝫ in quo dñatur humiditas notabiliter:ꝛ caliditatis modicū plus impedit digestionem nutrientis humiditate qꝫ iuuet caliditate. Iterū autem quoniam dulce summe est delectabile gustui. proinde dicit medicꝫ ordinatus qꝫ plus valet ad nutriendū omni alio saporabili. ꝓout tamen est saporabile:quod quidē ideo dicitur:qꝛ nutriens alijs conditionibus indiget a sapore. predictum autem iudicium cōfirmat sententia naturalis philosophi super generatione ipsoꝝ dicētis. qꝫ vnctuosum generatur ex plurimo aereo fortiter cōmixto per caloꝛē:cum multo aqueo ꝛ pauco terreo subtiliato. Dulce ꝙo ex multo aereo fortiter cōmixtio actiōe caliditatis:cū pauciori aqueo:et plurimo terreo subtiliato qꝫ vnctuosum. ꝓpter hoc etiā dicit medicus qꝫ dulce:vt tale opilat:qꝛ vehemēter:ꝛ copiose attrahitur. ꝛ ideo multitudine sua ꝓstrictos meatꝫ obturat.ꝛ ex inde acciden taliter inflat. qnicquid eñ copiose attrahitur cū trāsire nequeat libere meatū circūquaqꝫ distēdit. ¶ Pōticum ꝙo ꝛ stipticū linguā stringunt:ꝛ arefaciant.ꝛ ex his perpenditur cōsequenter qꝫ infrigidant ꝛ exiccant:sed amplius pōticum:quia excellenter cōstringit eam:intantum: vt in profundo constringat.ꝛ exterꝫ complicet:ꝛ corruget: atqꝫ exasperat. tamen ad fortem eius exasperationem iuuat grossities:ꝛ spissitudo substātie prohibens eam in partes paruas celeriter diuidi qñ gustatur.ꝛ ideo per inequales partes attingens linguam efficatius asperat. Nō autem grossissima sit eius substantia confirmant arboꝝ fructus qui tanditu sunt pontici q̄dtu terrestreitas dominatur in eis. stipticum autez in superficie stringit:et arefacit. Acetosum ꝙo manifeste linguam pūgit:ꝛ perforare videtur.ꝛ ideo quantū est ex impressione quam facit in lingua recte iudicatur esse apertiuū ꝛ incisiuum. In quibus effectibus cōuenit:cum acuto. Et ideo ex hac parte necesse est vt caliditatē in substātia subtili participet. nec tamen propter hoc medicus ipsum absolute iudicat esse calidū: quia immutationes cōplexionales quas facit in corpore manifestē cōperit huic iudicio repugnare. Unde qꝛ regulariter inuenit ipsum infrigidare ꝛ exiccare iudicat ipsum esse talis complexionis quantum dominium qualitatuꝫ in toto: sed ratione predictoꝝ effectuum colligitur ipsum in aliqua sui parte habere cōplexionem oppositaꝫ:ꝛ sicqꝫ ex diuersis substantijs cōponatur. Substātiarum autem differentia perpenditur. partim ex sensu. partim ex ratione. Sēsu quidez:qꝛ omne acetosum inuenitur participare acuitatem liquiditatē:ꝛ per ꝓñs aqueitatem. pungit etiam:ꝛ perforat sensibiliter.ꝛ ex hoc vlteriꝫ ratione ppendit qꝫ participet aliquam substantiam fortiter passam a calido cuius effectus est perforare ꝛ pungere. Substātia ꝙo in qua figit vestigiū acute caliditatis nō est aquea. qꝛ nulla hꝫ cū igneo calorē cōuenientiā. nec aerea:quoniam hec per acutam caliditatem in ignem conuertitur:sed talis est terrea quā necesse est per actionem caloꝛis igneꝫ fuisse subtiliatam. cum fortiter ꝛ imperceptibiliter sit commixta:cognoscitur ergo ex his qꝫ infrigidat ꝓpter substantiaꝫ aqueam. non tamen humectat:quia terrea ignita perꝫtā adustionis duplicē in de fortitur exiccādi potentiā.ꝛ notabiliter introducit exiccationis effectū. annullata penitus:vel saltē occultata humiditatis impressione. Licet autē sapoꝛ acidus causetur ex multo aqueo quod est incipiduꝫ:ꝛ pauco terreo ignito qñ est acutū fortiter cōmixtio. non est tamen ideo sapoꝛ compositus:quia per simplicem formam saporis ab alijs distinctam immutat gustū. ¶ Insipidū ꝙo sicut patuit supꝛa vel nullā facit impressionem in gustu:vel debilē. Sed quando causa huius existit soliditas:atqꝫ rei compactio: vel durities:vt in ferro ꝛ lapide:tunc tale insipidum non immutat corpus:sicut nec linguā nisi q̄tum pondere sue substantie premere posset:ea quib⁹ corporaliter obuiaret. quali modo limatura ferri deponit a superficie stomachi limositates ꝛ similimodo ab intestinis. Insipidum vero quod ex aqueo dominanti est tale:quemadmodum succus cucurbite linguam solum immutat lauando:ꝛ actuali humiditate mollificando. Similiter lauat interiora membra:ꝛ superficialiter humefacit atqꝫ molificat. Sapoꝛ insipidꝫ

¶ De cognitione virtutum complexionatoꝝ per sapoꝛes compositos. Cap. xxv.

VAria saporum cōpositio diuersificat impressiōes iuxta diuersitatē cōpositiōis ipsoꝝ. que tribꝫ modis in genere variantur scꝫ numero:sapoꝛe et specie:numero quidem vnū est cōplexionatum qꝛ duobus tm̄ saporibus percipitur esse compositū. Aliud vero pluribus. Specie vero qꝛ cōpositio fit interdū ex acuto ꝛ stiptico. vt in galanga. quandoqꝫ vero ex amaro:ꝛ stiptico:vt in litio. vel amaro:ꝛ pōtico:vt in mirabol. citri. et chebulis. vel pōtico ꝛ acido:vt emblicis ꝛ prunis viridib⁹ vel amaro ꝛ salso vt aqua maris. vel acuto ꝛ dulci:vt melle cocto vel antiquato. vel acuto ꝛ dulci ꝛ stiptico:vt cinamomo vel amaro ꝛ stiptico ꝛ acuto: vt in melongena. vel amaro ꝛ insipido. vt in endiuia:ꝛ similimodo possunt variari saporeꝫ cōponētes in eodē murto. Iꝫ raro ꝑm naturaꝫ inuenuꝫ cōpositio fieri ex oppositis ꝛ extremis saporibus: vt acuto:ꝛ pōtico:ꝛ amaro ꝛ dulci. Iꝫ artificialiter possunt sepe cōcurrere. Quapropter expedit medico diligēter oēm huiusmodi varietatē cōsiderare:quatenus ex simpliciū virtute valeat perpendi. qualiter ꝛ quantū res cōpositi saporis obesse pōt corpoꝛi vel prodesse. ¶ Inter cetera vero primo cōsiderandū occurrit qꝫ saporū concurrentiū: aut alter alterū iuuat immutādo corpus:aut impedit. Et in quibus cōponētia se adiuuāt efficatioꝛ est impressio nociua seu iuuatiua. Ecōtra vero in quib⁹ alterutrū se impediūt. ꝛ ideo q̄ncūqꝫ sunt impressiones alicui singulariter iuuatiue. tunc si mutuo se impediant compositū erit minoris iuuamēti qꝫ simpler. Si vero essent in sui simplicitate nocitiuo minus in compositione nocebunt. Ubi vero componentia se adiuuant vtilius est indigenti compositum qꝫ simpler. Sed si ambo componentia corpoꝛi aduersentur minus ei nocebunt cōiuncta qꝫ separata. ¶ Secundo etiam considerari debet qꝫ impedimentum atqꝫ iuuamentum quod inuicem sibi prestāt diuersi saporeꝫ vnius compositi:vel commixti raro est in toto. frequenter autez in parte. Cuius ratio est: qꝛ concomitantia saporem plura sunt:scilicet complexioꝛ ꝛ substantia. in quibus duo diuersi saporeꝫ nunqꝫ omnino cōueniunt.ꝛ ideo non possunt vndiqꝫ se iuuare nec omnino contrariantur:preterqꝫ in extremis saporibus qui sunt acutus et ponticus. quoꝝ compositio raro contingit. et ideo rarum est qꝫ vndiqꝫ se impediant diuersi saporeꝫ. sed qꝫ vnus iuuet alterum in vno:scilicet ex parte complexionis:aut substantie. impediat vero in alio frequenter cōtingit. ¶ Tertio quoqꝫ animaduertere cōuenit qꝛ impedimentum:et iuuamentum que sibi prestant differunt ꝑm plus ꝛ minus. nam quandoqꝫ vnus equatur alteri. quandoqꝫ superat alterū nō solū virtute:sed quātitate subiecti. que diuersitas:vel ex generatiōe conuenit:vel ex alteratione superuenienti post generationē ipsam. quibusdā eñ con tin-

git ex prima sui gñatione magis esse pōtica q̄ dulcia sicut mespulis: que tamen diu postmodū reseruata matorem habent dulcedinem q̄ ponticitatē: et per longiorem vlterius moꝝ ponticitatē amittunt. et habēt cum pauca stipticitate dulcedinē. vinuz autē in nouitate sua plus habet dulcedinis q̄ acuminis. cū ꝯo antiquat: ā in eo notabile⁹ est iacumen. Similiter ꝯo in ceteris ptz: qualiter vnus sapo: aliq̄s excedat q̄nq̄s plus q̄nq̄s minus. nata enim sunt omnia complerionata fm plus et minus per alterationē transmutari: vt superius tactuz fuit. iſtis ergo generaliter ꝯsideratis conuenit in specialī ꝯsiderare de vnaquaq̄ sapoꝝ compositiōe quos habeat effectus imprimere corpori. vel quibus imprimēdis effectib⁹ possit testari. Sufficit autem hic ad exemplū de his qui cōiter occurrunt facere mentionez.

De acutis et amaris. ¶ Rememoratis igitur simpliciū impressionibus: ā facile quisq̄ perpendit valde nociua esse viscerib⁹: quecūq̄ solūmodo acuta sunt: et amara sicut thimus et squilla. oē nāq̄ tale potenter aperit: et ratificat: ac dissoluit. proinde si ad viscera nuda peruenerit manifeste ledet: tam ratificando substātiā q̄ resoluēdo substātialē humiditatē. vtroq̄ nāq̄ mō necesse est virtutē mēbri debilitari. quēadmodū em̄ aggregatio moderata suarū partiū fortificat vires eius. sic et disgregatio maxime innaturalis debilitat. Ad cōsumptionē aūt substātialis hūiditatis necessario mēbra substātialr infrigidanf: q: resoluto subiecto caloris innati. cal. extinguif. et diminuto minuif. Proinde frequens vsus pure acutoꝝ: aut amaroꝝ. vel vtroꝝq̄ nimiū debilitat: q: calor innatus: et influens valde resoluitur maxime per acutū. sicut enim caminus ignis destruit parum ignem consumendo subiectum ei⁹. similiter et acuta destruunt naturalem calorem. Cū autem superficies viscerum protegitur velamine grossi et viscosi hu. vt in corpibus crapulosis atq̄ flegmaticis: tunc talib⁹ cōferūt que amara sunt et acuta. maxime si acetositas concomittetur. hec em̄ moderate sumpta prius humorē a superficie membri deponunt anteq̄ ad substātiam eius perueniāt. Unde cōpositio acuti et amari: et acidi valde cōfert quibuscūq̄ stomachus multo et viscoso flegmate ledif. maxime si carnosus: aut spissus extiterit. et in eis mortificatum viuificat celeriter appetitum et digestionis reparat bonitatem.

De acuto amaro et stiptico. ¶ Ex his quoq̄ tam pz q̄ si acutū vel amarum stipticū fuerit notabiliter: aut parum: aut nihil ledere poterit viscera nedū stomachum: sed etiam epar et splenez. nā stipticitate tuetur a nocumento amaritudinis: vel acuminis: et nō solū ea que substantiā habent cōpactam et solidam. sed etiā que rarā et mollem: maxime si stipticitas dominef. Propterea mollibus et passibilibus membris absterſione indigentibus est medicamen securissimum stipticum et amaruz. sicut licium oculis: et aloe ac similia. potissime: q: cōplexio eoꝝ est frigida et substātia dēsa. Nam quibus inest opposita dispositio cōplexionis et substātie. vt est epar. min⁹ etiā in necessitatib⁹ cōferunt supradicta. et quādo predominātur acumē et amaritudo stipticī maius est nocumentum q̄ iuuamentum. talibus enim acuta et amara directe inimicantur. quapropter cuz epar indiget medicamine aperitiuo et absterſiuo cōuenientius absinthiū et reubarbarū ꝓpinantur q̄ aloe. nam in eis amaritudinē vincit stipticitas vel equatur. Quibus autem substantia est compacta et maxime frigida: vt pars superior stomachi magis

De acuto amaro et pōtico. cōpetit aloe. ¶ Si ꝯo ponticitas cum acumine: vel amaritudine concurrit tale cōplexionatuz medicationis erit inutile: q: mutuo se impediunt: et maxime si equaliter dominentur. et ideo melongena cruda: et per se simpliciter est inutilis: et etiam nociua humanis corpib⁹ interius sumpta sed si talia cōplexionata exterius applicentur valde conferunt indigentibus. et ideo quibus absterſio: et cōstrictio: et insuper exiccatio fortis est necessaria. congruit amarū: et ponticū sicut in vlceribus que multa et grossa humiditate fordescunt. et in cunctis etiam aquosis vlceribus. et que reumatismis infundūtur. sicut in fistulis maxime corporum humidorum. quibus vero necessaria est constrictio et absterſio: cum resolutione compacti et imbibiti hu. directius cōpetit ponticum et acutum: vt in vlceribus corroſiuis queve nenosa et grossa humiditate abundant sicut in lupo: et cancro antiquo corporum adultorum. Diuersificātur autē cōuenientia fm q̄ alter saporum componentiū alteri dominātur. Si em̄ acutus sapor excedat ponticum: tunc tale cōplerionatū magis cōueniet eis quibuslibet q̄ solutio et cōsumptio: et subtiliatio pot⁹ est necessaria: vt in putridis et venenosis vlceribus. et q̄ carnes habēt iam mortificatas: vt in cācrenis et malomortuo. quibus autē est magis necessaria frenatio fluēxus supfluitatis: et exiccatio: tūc magis cōpetit medicina in q̄ pōticitas excedit acumē. Quapropter in eisdē vlceribus: cum iam premortue carnes ablate sunt: et venenosa humiditas resolutiua potius cōuenit generatiōni viue carnis intēdere que exiccantibus absq̄ mordicatione perficitur. Mordicantia enim dupliciter naturalis carnis gñationem impediunt: q: et reumatismum prouocant: et consumūt carnis materiā. ¶ Quecūq̄ vero sunt amara: et salsa possunt efficaciter immūditias cutis: et porōrū ei⁹ absterſiergere. et humidis corporibus securiter applicari. naz potenter exiccant. et ideo conueniens lotura fit eis in fistulis maxime que generanf in membris carnosis. Adhuc etiam in hoc casu fortiora sunt amara et salsa et acuta simul: vt capitellum. que tamen interius sumpta nimis lederent viscera. nec expedit ei sumi: nisi forsan vigeret casus necessitatis vt in quib⁹ timef piculū ex venenosis frigidis et nimis adherentib⁹ villis stomachi. sicut aliquādo contingit ex sumptiōe quorūdam fungorum et pisciuz et etiā opij. ¶ Dulcia ꝯo et acuta cōuenientissima sunt ad mundificationē viscerum. et in oībus corporibus et ꝑcipue in frigidis et humidis. Si ꝯo tēperata stipticitas his duobus saporibus adiūgatur tale vt plurimū cōplexionatū in interioꝝ ꝑderit. naz stipticitate mēbra custodiūtur ab innaturali ratificatione atq̄ dissolutiōe substātie. nec supfluitas humida plus per ipm dissoluif q̄ cōsumi valeat vi acuminis: et tēperate mūdificari ex vi dulcedinis. ¶ Dulce ꝯo solū et stipticū opilatiōis inimicaf. Sed reumatismū patiētib⁹ valde confert quibus opus est cōpescere fluxū: et iam fluxa digerere atq̄ mūdificādo educere. Simili quoq̄ cōsideratiōe pz: q̄ dulce et vnctuosum directe cōgruit solum indigentibus humectatione: et in digestione compacte superfluitatis ac mūdificatione: nec patientibus opilationem: qualia sunt extenuata corpora que vestigijs antiqui reumatis molestantur in pectore iam cessante fluxu: in quo casu mixtura butyri et mellis a sapiētibus cōmendatur. ¶ Quod autem est dulce et acidum his directe congruit: quos reumata tā fluxa: et cōpacta cum opilatione molestant: maxime si corpora eorum fuerint mediocria: et sapores equales et corporib⁹ humidis magis acida. Si vero talium patientium corpora frigida et humida fuerint magis congruet amarū et acutū. vel amarum et dulce tantum. aut plus participans hos saporeꝝ q̄ acetosum. Ad exemplum enim predictorum conuenit iudicare de quacunq̄ alia complexione saporum. hoc enim generale est q̄ cōpositum sapit naturam componentium. Et ideo cōplexionatū q̄ participat saporeꝝ diuersos eorum imprimit effectus fm diuersum participationis gradū. nā q̄ equaliter: equaliter. q̄ aūt inequaliter participat inequaliter imprimit. Quantū vero sit necessarius diligenter animaduertere naturalem saporuz cōpositionem ex duobus ptz: quorū primū est: quia corpora frequētius indigent rebus cōpositi saporis q̄ simplicis. Nam sepius occurrunt cōpositi morbi q̄ simplices. Et ideo cause salubres diuersarū virtutum magis sunt necessarie. Secundum est quia frequēter contingit q̄ res quaruz copia reperitur naturali cōpositiōe nō amplectūtur varios saporeꝝ: nec aggregant per cōsequens virtutes diuersas quibus opus est in proposito. Et ideo tunc necesse est artificiali extimatione componere: ad quā extimationem regulandam exemplo naturalis cōpositionis dirigetur. Nam cum ars imitetur naturaz ingeniari debet artifex quādo cogitur, exigente necessitate cōponere medicinā differentium saporū et, virtutum qualem sit efficatiorem esset ad talem effectum ex compositione nature verbi gratia. Nouit medicus cinamomū et maxime alithimū. scz medianū arboris corticem esse medicinaz cunctis visceribus congruam et efficaciter iuuare digestiones. vt ex ratione medicine digestiue patebit inferius: atq̄ spiritus confortare et conseruare. putredinesq̄ compescere. Notare igitur debet qualitates naturales ipsius. et in

De dulcibus et acutis.

De dulcibus et stipticis.

De dulci et acuto.

Q̄ non cessaria sit proprietas positionis naturalis saporū.

defectu

defectu eius componere simulem quantum possibile fuerit. taliter vt medicina composita participet stipticitatē notabilem. ⁊ adhuc notabiliorem dulcedinē. ⁊ acumē etiā dulcedine notabiliuꝰ: ⁊ aromaticitatē insuper suauem ⁊ mantellam. In quo casu .zij. cum dulcibus conditum ⁊ stipticis aromatizatū: cū suauibus redolentibus vt est ambra supplet defectum cinamomi alterius. pari quoq; forma procedit in reliquis aliquo suprādictorum modorū alterationis preparando componentia. ⁊ proportionando quantitates: vt ad formam intentam deueniat compositio. Ex hac enīz consideratione regulatus inducitur ad condiendū nuces: vel aliquid aliud. quibus enīz digestiua stomachi debilitatur ex limositatibus flegmatis naturalis mollificantibus ipsum ⁊ infrigidantibus. vel potꝰ forsitan abundanti. talibus quidem necesse est stipticis increspare stomachum. ita vt agregatis eius partibus confortetur: et limositates consumere atq; mundificando extergere: calorem quoq; naturalem moderata caliditate viuificare. spiritus etiam aromaticitate fouere. Quibus cōsiderationibus inuenit opus esse nucē sic preparare: vt amaritudo sensibilis per remollitiones ab ea tollatur: ne frequentem sumptionē ipsius horribilitate sua impediat: ⁊ notabilis stipticitas relinquatur: cui dulcedo mellis aut zuccari iungitur iuxta corporum diuersitatē. et insuper additur garioffil. ad conferendum acumen ⁊ aromaticitatem cum pauca stipticitate. Tale igitur cōpositum supplet in casu predicto defectū cinamomi: vel alterius similis medicine. In cuius cōpositione vel preparatione tantummodo regulant medicum necessitas corporis ⁊ exemplū nature. Vulgus vero qui ad voluptatem vtitur talibus non attendit nisi q̄ placeant gustui. Medicus autem interdum aliquid amaritudinis ibi referuat vt fortior sit abstersio maxime quādo talia ieiunis ꝓpinat: ne cū cibis cōcurrentia perturbent digestionem. Non solum aūt compositio naturalis saporis dirigit medicum in cōponēdo: sed etiaz in nunciando de preparatis per artificum. nā cognito q̄ illud cōplexionatum diuersos habet effectꝰ per naturā. Cuius sapores diuersi existunt: iam pro cōstāti habet: q̄ si cōpositum manifeste nō informetur saporibus cōponentium non imprimet effectus illorum. ¶ Per hoc aūt detegitur error vulgariū medicorum: qui vnam formam decoctionis obseruāt in cōficiendis syrupis. Unde sepius cōtingit vt syrupi quos cōuenit acetosos esse: nullā aut perceptibilem acetositatem participabunt resoluto siue consumpto per decoctionē acetoso liquore. Simile ꝯo iudiciuz est in ceteris cōponentium saporibus. nam si non sint in composito manifesti: deluditur operarius non tantum inani labore cōficiendi. sed etiam spe futuri effectus in corpore. quoniam nō habet syrupū intantum. nisi nomine solo. hec igitur ad introductionem de saporibus dicta sufficiant.

¶ De cognitione virtutum complexionatorum per odores. Cap. xxvj.

Odores quicūq; sunt acuti vt castorei ⁊ aliorum ⁊ musci attestantur caliditati ⁊ siccitati. qui vero graues sunt ⁊ obtusi: vt viole et nenufaris frigiditati ⁊ humiditati. Mediocres vt plurimum reperiuntur in frigidis: et siccis: vt camphora rosa ⁊ sandali.

¶ De cognitione virtutum complexionatorum per colores. Cap. xxvij.

Olores autem nō iuuāt medicum nisi ad cognoscendum remissionem et intentionem complexionis in eadem specie complexionati: vt in ceteribus caliditia sunt rubea vel nigra q̄s alba. ⁊ frigiditia potius albus q̄s niger: ⁊ sic de consimilibus.

¶ De cognitione virtutum cōplexionatorum ex modo substantie eorum. Cap. xxviij.

Vsa certitudine que per sapores odores ⁊ colores haberi potest de virtute complexionatorum: iam restat considerare certas qualitates nominatas superius inter habitus naturales ipsorum: que licet minorem faciant notitiam predictis. tamen faciunt aliqualem. Nam per eas cognoscitur elementum dominans quantum ad substantiaz per q̄s aliqua de virtutibus eius habetur notitia: sicut patebit infra. cum de operationibus erit sermo. cognoscit etiā modus quem virtus in operādo cōsequitur ex aptitudine substantie ferentis virtutem. verbi gratia. Medicine subtilitas: siue complexionati dicitur illa dispositio substantie ipsius: per quam apta nata est per actionē corporis in partes minimas diuidi. ⁊ per consequens penetrare in profundum mēbrorum qualia sunt spicanardi cinamomum absinthium anthos ⁊ crocus atq; similia. Grossities autē est opposita dispositio eius vt in cucurbita faba ⁊ cōsimilib⁹. Ex his ꝯo uaz colligit medicus q̄ hec sunt apta penetrare: vel nō penetrare: que duo nō pertinēt ad virtutem. nam opus virtutis est illud per q̄s immediate corpus immutatur: sed pertinet ad substantiam: q: penetratio non est nisi quidam motus passiuus corpulentie: vel substātie rei cōplexionate. Sēd ineptitudo penetrandi nō est virtus actiua. sed ōdam dispō passiua. ⁊ ideo per se virtuti nō attestatur. sed tm̄ per accidens. nam q̄s ineptū est penetrare aptum est inquantū tale: vel obturare vel opilare meatus. Subtilitas ḡ substātie atq; grossities: nō arguūt suprā virtutē aperitiuā ⁊ opilatiuā nisi per accidēs: ⁊ ideo per consideratione istam sub substātie nō queritur notitia illarū virtutū. sed solūmodo per sapores: aut operationes: vt infra patebit. sed modus consequens operationem virtutis. nam de medicina cuiꝰ virtus est calefacere vel infrigidare ꝛc. si fuerit subtilis cognoscitur inde q̄ celerius ⁊ efficatius alterabit profunda membrorum: vel corporis: ⁊ q̄ dominantur in substantia eius elementa subtilia vel subtiliata. Si vero fuerit grossa cōtrarium.

¶ Similiter autem ⁊ viscositas est dispositio vel qualitas per quā cōplexionatum redditur aptum pati extensionem absq; discontinuatione suarum partium. Ita q̄ duabus extremis partibus mēbri vnius habere potest regionem mediā nihilominus occupādo. per hoc aūt directe scitur q̄ talis res cū virtute sua operatur efficacius in membro q̄s illa nō aptitudinē adherēdi: q̄s diutius permanet in eodē cognoscitur. ⁊ q̄ diuersas partes mēbri simul occupare pōt. ⁊ ex hoc protegere velando. Qua cōsideratiōe Gal. inquit ius viscosi frumēti cōferre vlcera intestinorū patiētibus cū fluxu colerico: vel mundare latissimos meatus a contentis aridis trāseūdo: qua cōsideratione commēdauit ypo. ptisane viscositatē: quia vt ait q̄ gutturi adherere possit ex corticibus oīdet secum illabēdo trāsducit. Cognoscitur etiaz ex hoc vlteriꝰ q̄ strictos meatus potest celeriter complere vel obturare. Rursus quoq; viscositate cognoscit q̄ potentialis res complexio nō potest multum declinare ad siccitatē: cum causetur a multo humido fortiter cōmixto cuiz terreo.

Viscositati autem opponitur puluerizabilitas. Nam puluerizabilis dicitur hic res que leui cōpressione diuiditur atq; multiplicatur in partes paruas adinuicem omnino discontinuatas que passibilitas causatur ex abundantia sicci terrei debiliter mixti cum paucissimo aqueo. sicut in calce extincta: et in agarico ⁊ medulla putridi ligni que leuissima digitorum cōpressione puluerizantur ex quo terrea siccitas in eis dominari perpenditur. Licet autem subtilis ⁊ puluerizabilis in partes paruas diuidantur. Differūt tamen q̄s subtilis dicitur per trāsmutationez quam patitur intra corpus: sed puluerizabilis propterea: q: patit extra. Preterea subtilitas est q̄dā forma totius substātie cōplexionati. puluerizabilitas aūt quedā est naturalis in potētia sustinendi compressionē. vnde illa causatur ab omnibus partibus mixtionis. Hec ꝯo a quibusdā. sez terreo multo ⁊ aqueo pauco debiliter mixtis ꝓpterea pōt alterū sine altero esse. nāq; cinamomū ⁊ spica subtilia sunt. Non tamē puluerizabilia sm̄ hāc rationem. ¶ Liquiditas ꝯo facit complexionatum fluxibile taliter: vt in se constare non possit. sed semper declinat ad loca subiecta. ⁊ subigreditur cōcauitates quas inuenit ꝓpter abundantiam aquei. Per hoc autem colligitur potius ipsum operari: cum suis virtutibus. in concauitatibus ad quas fluēs sistit. ⁊ retinet q̄s in eis per quas decurrit. nā in his q̄s imprimit manifeste nō est nisi latis quā facere pōt cursu actuali liquiditatis sicut potꝰ opak in gut-

Subtilitas.

Grossities.

Subtilitas et grossities substātie nō arguūt suprāpositā virtutē aperitiuā vel opilatiuam.

Viscositas.

Puluerizabilitas.

Liquiditas.

Soliditas. ture. ¶ Solidū vero est qđ opponitur liquido: qz cōstat in suis terminis. tamen soliditas in quibusdam ꝛ tm̄ actu. sicut in congelatis: vt cera: ꝛ hec diu passa a calore corporis possunt liquefcere licet a principio constent. In aliis vero est actu: ꝛ potentia sicut in pipere: ꝛ similib⁹. tale autē soliditum in loco qđ tangit manifestat effectū sue virtutis preter sui diffusionem. et in primo quidem aqueum dñatur et terreum in scō. ¶ Mucillaginosum autem dicitur complexionatum quando per infusionē corporis aquosi lubricum efficitur propter abundantiam leuis humiditatis que prosiunt ex eo: qualia sunt fenugrecū ꝛ psillium ꝛ semen cidoniorūz ꝛc. cognoscitur autem ex hoc: qz sumpta interius causant in meatib⁹ lubricitatem ꝛ expulsioni pparant que cōtinentur in eis nisi assentur. nam tunc per consumptionem humiditatis superflue glutinosa efficiunt ꝛ retētiua.

Mucillaginosum.

Oleoginosum. ¶ Oleoginosum vō: quod aptum natum est vnctuositatem emittere. per hoc autē cognoscitur quod tm̄ potest corpus immutare quantum ꝛ vnctuositas ei confert: scilicet lenēdo: extendēdo: dilatādo: supnatādo. ꝛ etiā qz in substantia eius aerea dñatur humiditas.

Spongiosuz. ¶ Spongiosum autem est quicquid obliqua porositate cōbibere potest humiditates. ꝛ ideo erugit membra supernadefacta. sicut panis furfureus exquisite fermentatus erugat stomachum. et superfluas ei⁹ humiditates in intestina deponit secum ferendo: quoz substātia necessario abūdat terrea siccitate. ¶ Que cūz vō grauia sunt grauitate sua cōprimunt ea quib⁹ supponuntur: tā intra sicut caseus antiquus cibū vnctuosum ꝛ supernatātem: vt est cibus carnium q̄s extra sicut plumbum qđ superponitur glandulose collectiōi que nodus vocatur. Ex his ergo habetur qz grauia grauibus elementis abundāt. ꝛ efficaciter imprimunt membris quibus supponuntur.

Grauia

Leuia. Leuia vō ecōtra propter cōtrariū motū vnde superficialiter immutāt: nisi per violentiā aliquā perfundētur. ꝛ ideo vnctuosa sumpta interius fastidiunt ꝛ amputāt appetitū: qz supernatant: ꝛ velāt superficiem oris stomachi: nec abinde fumos: ꝛ vapores erpirare permittūt. Exteri⁹ autē opposita sine fricatione non profundātur: vel actualt caliditate poros aperiente ad subingrediendum liquiditate.

Unctuosa qđ facile fastidiūt.

¶ De cognitione virtutum complexionatoriū ex operationibus. Cap. xxxij.

Ab opationib⁹ ad virtutes duobus modis arguitur.

Viso de qualitatib⁹ naturalib⁹ cōplexionatoriū ꝗliter: ꝛ q̄tuz ratiocinādo ducant in notitiā elementi dñantis in eis. ꝛ p ꝑfās primarum ꝛ secūdariz virtutū. iam vltimo restat considerare qualiter in eādem notitiam dirigant operationes ipsoriū. tamen hic primus est aduertendus qz ab opationibus ad virtutes duobus modis arguitur. Primo quidem immediate sicut ab effectu ad causam imediatā: vt si dicatur hec medicina calefacit: ergo est calefactiua: vel corrodit: ergo est corrosiua: vl' attrahit. ergo est attractiua: ꝛ sic de aliis. talis autem notitia nō indiget arte: qz procedit ex per se notis ꝛ eis: quorum cognitio est nobis innata. etenim innatum est nobis effectum sensu percipere naturaliter etiā quisq; concipit intellectū qz qualis est effectus talis est potētia cause imediate. propterea talis notitia dicitur in demōstrationis cōmunis animi conceptus: vt cum dicitur omne totū maius est sui parte quomā per naturā omnibus inest talem habere intellectu notitiā cognita significatione vocabuloriū. ꝛ ideo medicus vt artifex rationis hec sapienter cōsiderans dicit qz huius notitia semper habetur experimento. Quapropter ad eam habendaz nullā tradit artificialem considerationem: qz nullus errare potest in arguendo ab effectu per se ad causam immediatam: inquātum per effectum notificatur. Ars autē semper est circa id in quo cadere pōt error: vnde supposito qz talis effectus per se procedat a tali complexionato semper infaliibiliter quilibet arguit ipsum habere virtutem que principium est talis effectus: sed qz circa id quod supponitur posset error interuenire. Nā possibile est: vt aliquis effectus a cōplexionato procedat per accidens. ideo ad vitandū illum errorē circa processum experimēti tradidit medicus artificiales canones: vt patuit supra. Secundo modo arguitur ab operationibus ad virtutes mediate. vt quando per effectum vnius virtutis arguitur supra aliam a qua illa dependet: veluti si dicatur. hec medicina corrodit: ergo est calefactiua: vel conglutinat: ergo est retentiua: vel mundificat et ericcat ergo est carnis generatiua: ꝛ sic de aliis. Circa notitiam ergo que tali argumētatione colligitur multipliciter vt patebit errari posset. Quāobrem necessaria fuit ars que in arguēdo ab effectibus cōplexionatorum ad causas mediatas nos regularet per ꝑpria cōplexionatorum ꝛ sanabilis corporis. propterea notitia que taliter habetur de virtute complexionatoriū dicitur a medico specialiter per viā rationis haberi. dependet autem ista notitia principaliter ex duobus: quorum primū est considerare differentias operationum fm genus ꝛ fm speciem. Scōm vero est considerare dependentiam vel ordinem vnius ad aliam. prima vero differentia ipsarum est quoniam quedam sunt simplices quedam composite. Simpliciū autem quedā sunt vniuersales: quedā particulares quedā vero medie: quia aliquid vtroumqz participant ꝛ dicūtur similes vniuersalib⁹. vniuersales eñ dicuntur. ideo qz tam ipse q̄s etiam iuuamenta ꝛ nocumenta que possunt ab eis prouenire cōuenienter ꝛ indifferenter omnia corporis membra respiciunt. lz enim de volūtate applicantis determinent sibi membrū non tamen de natura seu virtute medicine cuius est operatio. medicina eñ calefactiua vel infrigidatiua vel vlceratiua ꝛ similes quātum est de se nō magis manifestant suam operationem in capite q̄s in aliis partibus corporis. Ideo calefactio: infrigidatio vlceratio: ꝛ similes dicuntur operationes vniuersales. Que vero ex naturali potētia medicine determinant sibi membrum particulares dicuntur. siue determinent ratione naturalis dispositionis: vt confortatio in galanga que specialiter respicit stomachum: vel confortatio salutie specialiter neruos. ipsis etiam sanis existentibus: siue determinent sibi membrum ratione dispositionis innaturalis: vt centinodia que repugnat cancro determinat sibi mēbrum canceratum. potest etiam esse vt operatio particularis non fit iuuatiua: sed potius nociua mēbro quod sibi determinat sicut cidoniorūz est generare colicam: et le pous marini vlcerare pulmonem: ꝛ fungoz generare gutturis opilationem aut squinantiam. Similes autē vniuersalibus sunt vt solutio vētris ꝛ prouocatio vrine vel sudoris: que lz determinent sibi mēbra quātum ad operandum iuuamentū tantum: aut nocumentum est vniuersale a quo effectu tanq̄s a fine preconsiderabili a medico nominātur. In summa ꝛō tot sunt differentie operationum in genere. quot virtutū: scilz prime vt calefactio: infrigidatio et exiccatio ꝛ humectatio. Secunde que procedūt ab istis vt adustio: cōgelatio ꝛc. Tertie vero que a proprietate causantur. he tamen simpliciter: et per se considerare nihil ad propositum faciunt. quoniam per eas non habetur notitia de primis ꝛ secundis aliquo ratiocinandi modo. Sed quia concursus earum cum aliis est principiū diuerse impressionis in corpore: propterea in cōsideratione compositarum operationum occurrit earum mentio. A secundis autē ad primas arguitur ꝛ a quibusdam secundariū ad aliquas secundas. ꝛ ideo principaliter hic conuenit species agnoscere secundariū ꝛ primo simplicium. Ille vero que communiter note sunt prout antiqua collegit experientia sequentibus tabulis designātur nominibus virtutum a quibus procedūt. sicut eñ a calefactiua virtute procedit calefactio. sic ab vlceratiua vlceratio: ꝛ a cōfortatiua cōfortatio. vnde cognitis virtutibus a quibus communiter denominātur cōplexionata seu medicine per consequēs patebūt nomina operationum ipsarum que ad primam tabulam pertinent.

¶ Prima tabula.

Subtiliatiua.
Resolutiua.
Abstersiua.
Exasperatiua.
Aperitiua.
Mollificatiua.
Maturatiua.
Digestiua.
Incisiua.
Frāgitiua vel tositatis
Attractiua
Mordificatiua
Rubificatiua.
Pruritiua
Ulceratiua
Corrosiua
Adustiua
Diruptiua
Putrefactiua
Cauterizatiua
Ercoriatiua.

Hec ad primā tabulam pertinent.

¶ Que ptinent ad secundam sunt hec

Confortatiua.
Repercussiua.
Ingrossatiua.
Incrudatiua.
Stupefactiua.

¶ In tertia

¶In tertia ꝺo tabula cõtinẽtur.
Initiatiua.
Lauatiua.
Soꝛꝺidatiua.
Lubꝛificatiua.
Lenitiua.

¶In quarta ꝺo tabula hec
Expꝛessiua.
Contractiua.
Opilatiua
Glutinatiua.
Consolidatiua.
Carnis gñatiua
Sigillatiua.

¶In ꝙnta tabula cõtinentur.
Gñatiua lactis.
Generatiua
spermatis.
Pꝛouocatiua mẽstruorum.
Pꝛouocatiua vrine
Pꝛouocatiua sudoris.
Solutiua ventris.

¶In sexta vero cõtinentur hec.
Pernicioſa.
Venenoſa.
Tyuachalis.

De predictarum tabularum sufficientia. Et primo de medicina sedatiua doloꝛis. Cap.xxx.

Mitigat doꝛem nullꝫ.

MEdicina ꝺo sedatiua doloꝛis aut mitigatiua pꝛopꝛie sumpta nequit in aliqua predictarum tabularum specialiter collocari. sed circuit saltem quatuoꝛ primas. Nam ea que mitigat apparenter. scz ebetando sensum tantũmodo ad stupefactiuã reducitur. Que ꝺo mitigat vere vel existẽter: aut facit hoc pꝛopꝛie scz per abscisionem immediate cause ⁊ talis interdũ est calefactiua interdũ infrigidatiua ⁊c. aut mitigat abstinendo causam remotam ⁊ cõmunem oĩbus scilz resoluendo solũ vapoꝛes ⁊ superfluitates concurrentes ad doloꝛosum membꝝ: ⁊ talis est medicina tẽperate caliditatis: vt camomilia melilotum. se. lini ⁊ similia. vel a pꝛopꝛietate: vt cozallus et lapis asini doloꝛẽ pꝛecoꝛdiorum. Omnes igitur predicte virtutes habẽt operationes vniuersales vel similes vniuersalibus: quarũ licz alique sint tertie: scz pertinentes pꝛopꝛietati: vt pernicioſa ⁊ tyriachalis: tamẽ qz per cõsiderationẽ diuersitatis ipsaꝝ habetur aliquo modo notitia veritatis qua possunt immutare corpus ad meliꝰ: vel ad peius: ⁊ qz operationes habent vniuersalibus similes. ideo introducitur hic eoꝝ cõsideratio. Cetere vero que a pꝛopꝛietate pꝛouenuunt scz particulares innumerabiles sunt ⁊ valde pauce sunt cognite: nec iuuant ad cognoscendum predictas.

Vtilꝫ se habẽt de pꝛimis adinuicem ꝛc.

¶Viso igitur numero secundarum operationũ cõsideranꝺ est quomoꝺo habeant ꝺepenꝺentiam aꝺinuicem: ⁊ aꝺ primas vt pateat in quarum noticiam ꝺucuntur per rationem. Dependentia vero predictarũ operationũ adinuicez ꝺupliciter cõsideratur. primo scz in cõmuni. secundo vero particulariter. Cõmune vero est omnibꝰ depẽdere adinuicem altero ꝺuoꝝ modoꝝ: scilz vel ſm rationem intensionis ⁊ remissionis: vel ſm rationem mixtionis. verbigratia. aꝺustio pꝛocꝺit ex calefactione ſm qꝺ calefactio est intensa: ⁊ similiter vis aꝺustiua: vel calefactiua: sed ꝺigestio aut maturatio ꝓcꝺit ab ea ſm qꝺ caliꝺitas moꝺerat: vel moꝺificatur ab aliis qualitatibus: cum ea cõcurrentibus aꝺ mixtionẽ. Nam ſm qꝺ ab aliis ꝺiuersimoꝺe patit et frenatur: ſm hoc ꝺiuersam acquirit operanꝺi potentiam: que operatio: quia sequitur formam cõmixtionis ſm quã qualitates miscibiliũ colligãtur aꝺinuicem: ⁊ mutuo se ꝺisponunt aꝺ formã vnius complexionis. ideo aꝺ formã mixtionis ꝓcꝺere ꝺicit. Quia vero ex tali forma mixtionis: aut colligantia simpliciũ qualitatum conceꝺitur pꝛeꝺominanti multipler operanꝺi potentia: que nõ conuenit ei ſm rationem sue simplicitatis. ⁊ huius colligantie varietas ignoretur in forma ꝙ tum aꝺ exquisitam mensurã portionis cuiuslibet qualitatis. Ideo mirabilis iuꝺicatur: quia non solũ est aꝺmirabile quoꝺ existit insolitũ. sed etiã illuꝺ cuius cause nos latent. ⁊ hinc patet ratio pꝛopter quam quiꝺã ꝺixerunt ꝑdictas operationes ab aꝺmirabilitate mixtionis ꝓcꝺere. Sicut aũt his ꝺuobus moꝺis secũꝺe virtutes aut operationes ꝺepẽꝺent a pꝛimis: similiter ⁊ secunꝺe aꝺinuicẽ: hoc enim est oĩbus cõmune: scz qꝺ ꝺependent aꝺ aliis ambobus pꝛeꝺictis moꝺis vel altero. Quapꝛopter cõsiꝺeranꝺum est particulariter ꝺe vnaquaq; virtute vel opatione superi⁹ in tabulis nominata ecqua ⁊ quali moꝺo ꝺepẽꝺeat: vt per secunꝺas opatiões acquirat notitia ꝺe ꝺuobus scz ꝺe pꝛimis virtutibus que ꝺominant in mixtis. ⁊ ꝺe mirabilitate: vel forma mixtionis: aut colligantie qualitatum aꝺinuicẽ ꝙ tum possibile est humane obtusioni penetrare aꝺ secreta nature.

¶De medicina subtiliatiua ⁊ resolutiua ⁊ ꝺe abstersiua ⁊ crasperatiua simul. Cap.xxxi.

MAchoantes igitur a tabula pꝛima ꝺicemus in nomine veritatis eterne qꝺ subtiliatiua vis pꝛocꝺit a caliꝺitate remissa ꝓut fortiter: cum subtilissimo terreo colligatur. Ꝺicitur autem illa caliꝺitas absolute remissa. quoniam intra latituꝺinem pꝛimi ⁊ secunꝺi graꝺꝰ ꝺecurrit. que ꝺo intra latituꝺinem tertij ⁊ quarti ꝺicitur absolute intensa: sed qz medicus non scrutatur in complexionatis operatiuam potentiam respectu cuiuslibet obiecti: sed tantum respectu sanabilis corꝓoris. ideo conuenit vt in sanabili corꝓe ꝺeterminetur obiectum aꝺ quoꝺ operatio seu virtꝰ subtiliatiua refertur: ⁊ sic ꝺe aliis. oꝓoꝛtet esse vt illuꝺ in quo subtiliationis effectus manifestatur: sit aliquiꝺ in sanabili corꝓore sicut humoꝛ aut membꝝ ⁊c. Per quoꝺ ignoꝛantia ꝺetegitur fatuoꝝ alchimistarum qui ꝺe potentia meꝺicine applicabilis aꝺ mineralia nõ aliter iuꝺicãt qꝫ ꝺeterminetur a meꝺicis corꝓoꝝ humanoꝝ. Est ergo sciendum qꝺ vis subtiliatiua ꝺe qua loquitur meꝺicus effectum suum in humoꝛibꝰ manifestat. ⁊ iꝺeo cum ꝺescribit meꝺicinam subtiliatiuam ꝺicit qꝺ est illa que substantiam humoꝛis attenuat cũ remissa caliꝺitate: quam remissam caliꝺitatem frequenter meꝺici nominant temperatã. Qꝺ autem aꝺ mirabilitatem seu formam mixtionis in meꝺicina subtiliatiua pertinet est vt participet caliꝺitatem remissam foꝛtissime colligataz cũ sicco terreo subtiliato. patebit per ꝺifferentiam ceterarum operationum caliꝺitatis: aut virtutũ ꝺependentium aꝺ ea sicut resolutiue que post subtiliatiuã fiunt superius nominata. harum enim ꝺuarum iꝺem est obiectum pꝛorimum scz humoꝛ. sed ꝺifferenter in eo facium impꝛessiones. Iz ambe humoꝛem attenuent. ¶Ꝺiffert esse attenuatio quam impꝛimit hꝰoꝛi resolutiua ab ea quã ipꝛimit subtiliatiua ꝺupliciter. Pꝛimo qꝫtum aꝺ motũ alterationis. qm̃ resolutiua nõ solũ mutat substantiã hꝰoꝛis qꝫtũ aꝺ qlitatẽ mutãꝺo ꝺe grosso in subtile. sed etiã qꝫtũ aꝺ speciẽ: qm̃ mutat eã a forma humoꝛis in formã vaꝓoꝝ. subtiliatiua vero nequaq;. Secunꝺo quantum aꝺ motum localem qui sequitur aꝺ pꝛeꝺictuz quia resolutũ sub forma vaꝓoꝝ ꝺerelinquit humoꝛem a corꝓore sine membꝛio. sed subtiliatiua inquantũ talis nunq; ꝺerelinquit. quoniã manente forma humoꝛis grossitiem eius attenuat. ¶Ex qua ꝺifferẽtia patẽt tria. Pꝛimũ est ratio vel ꝺescriptio resolutiue. quoꝛ: ã est illa ꝙ humoꝛem ꝺerelinquit a corꝓore sub forma vaꝓoꝝ. Secũꝺũ est qꝺ hoc facit per caliꝺitatẽ intẽsam colligatã cũ terreo subtiliato. Tertium est qꝫtũ sit ꝺifferens colligatio caliꝺitatis in subtiliatiua ⁊ resolutiua. Ex eo esse qꝺ subtiliatiua potest attenuare substantiã humoꝛis non resoluenꝺo in vaꝓoꝛẽ: expꝛesse colligitur qꝺ iꝺeo attenuat qꝺ substãtiã cõpactã ꝺissoluit quasi liquãꝺo ⁊ poꝛtiões magnas quasi cõminuenꝺo ꝛeꝺucit in ꝓmoꝺicas. que opatio cõuenit soli caliꝺitati remisse atq; fundate in terreo subtiliato. Nã si foꝛet intẽsa resolueret in vaporem. si ꝺo terreũ complexionatũ. als copulatum: ei foꝛsitaz esset grossum nõ posset partes humoꝛis cõminuere ꝓpter obtusitatem vel grossitiem concomitantis. ⁊ simili ratione oꝓoꝛtet vt in resolutione inquãtũ talis substantia sit subtilis. nã si grossa obtũꝺeretur caliꝺitas: ⁊ nõ posset in vaporem attenuare. Patet igitur qꝺ in vtraq; pꝛeꝺictarũ meꝺicinarum colligatur caliꝺitas. cum terreo subtiliato. sic. scz qꝺ necesse est in eis hec ꝺuo ꝑꝺominari: ꝓout tales existunt. sed ꝺifferẽtia colligatiõis perpenꝺitur solũ ex eo: quoniam caliꝺitas in altera est intensa: et in altera est remissa. Nam vbi ꝺiatur intensius cõstat qꝺ a vinculo sibi oppositi saltẽ amplius liberatur. licet sicco terreo posset equaliter vtroq; ligari. ¶Secunꝺum hanc formam pꝛocꝺit iuꝺicium in ceteris operationibus a caliꝺitate penꝺentibus consiꝺerata quiꝺitate ipsarũ que per ꝺescriptionem meꝺicine quã ꝺenominant eluceꝺit. Cognito enim qꝺ abstersiua meꝺicina est illa que limositates: aut viscosas humiꝺitates remouet a superficie membꝛi: vel ab ouificijs poꝛoꝝ qui aꝺ eius superficiem terminãtur: non latet quiꝺ sit abstersio in meꝺicinis. Cognito etiam qꝺ crasperatiua meꝺicina est

Ignoꝛãtia alchimistarũ fatuoꝝ.

Subtiliatio a resolutiõe ꝺiffert ꝺupliciter.

Als copulatũ.

illa que membri superficiem inequalē reddit: quasdaꝫ eius partes ꝓfundādo: quasdā eleuādo. mor ptz qd sit exasperatio. Tamē hoc efficit medicina qñq; per se quādoq; per accidens. Per se quidem dupliciter. vno modo contrahendo qz per se ⁊ sic exasperatio nō pendet a caliditate. sed a siccitate: vt in qñq; per fra dicet in ꝓtractiua. Scōo modo secādo superficiē mēbri. ⁊ isto modo pendet a caliditate intensioni qz sit caliditas resolutiue tantum. medicina enim que superficiē membri secat est vehemēter acuta. Per accidens vero exasperat quādo mēbio restituit naturalē asperitatē tollendo ab eius superficie mucillagines que ipsam efficiunt innaturaliter lubricā siue leuē. sicut exasperāt incisiua ⁊ abstersiua. Sz hic tñ ꝓsiderat illa que parū caliditatis exasperat. cuiꝰ mirtio parum differt a mirtiōe abstersiue. cum esn vtriusq; caliditas operetur in superficie necesse est: vt subiectum eius participet grossam terreitatem que prohibeat profundari caliditatē: sed qz fortior est operatio exasperātis qz abstergentis. ideo cōuenit vt intensior sit illius caliditas qz istius quapropter exasperatiua inquātum hmōi sunt acuta: sed abstersiua propie sunt amara. Propie vero dictum est ad differentiam mundificatiue: quam lz quidam sub abstersiua cōprehendāt: tñ si ꝓprie vel stricte cōsiderentur: quēad modū cōsiderat. Gal. differūt. Nā abstersiuū est qđ a superficie membri deponit superfluitates conglobatas et fortiter adherētes pre sui viscositate. mundificatiuū vero qđ remouet inde quascūq; alias leuiꝰ inherētes. quapropter a. Gal. solum amara dicūtur abstersiua: sed que dulcia sunt. ⁊ precipue que parum acuminis participant: vt mel. mundificatiua nolunt ab eo. qz si multo aqueo frāgatur eiꝰ acumen vt ydromel ꝓprie nominauit lotiuum. volens insinuare qz ab sterſio ⁊ mūdificatio ⁊ lotio prout pendēt a caliditate dīr solum fm maiorem ⁊ minorē participationē caliditatis in substātia terrestri ⁊ vniformi. Ideo ꝛo dictū est hec tria differre ꝑdicto mō ingtuz a caliditate causant: qñ lotio et ēt mundificatio pendent ab alijs qualitatibus. nam lotio ab humiditate vt infra dicetur: ⁊ mūdificatio ab actuali asperitate cōplexionali: quam habet ratiōe sue terreitatis vt furfur ⁊ farina oidei que furfur participat. et qua circunstantia quedā dīr abstergere sicut panis furfureus: sed talis abstertio nō pertinet ad propositum: qz nō cōuenit medicinis actiue. sed passiue: qz nō est effectus immediatꝰ cōplexionis: sed potius compositionis.

Medicina qñ. Abstersiua et rūdificatiua differū.

¶ De medicina aperitiua. Cap. xxxiij.

MEdicina vero apitiua est illa que remouet opilationē vel obturationem a quocūq; meatu. nō tamē omnis hoc faciens dr absolute aperitiua. sed illa cui proprie ⁊ immediate cōuenit ꝓfotare obstaculū: qđ est in meatu: nā tali ꝓuenit ꝓprie aperire ⁊ ideo lotiua medicina ⁊ incisiua: que fm diuersitatē obturātū possunt interdū aperire meatꝰ: nō dīr absolute aperitiua. Jam igit ꝑ effectum ptz qz necesse est medicinā aperitiuā inquantū hmōi esse subtilis substātie participātis caliditatē. lz si caliditas participata fuerit intēsa vt in acutis erit vis aperiendi fortissima. si vero remissa erit debilis fm gradum remissionis.

Vinum. Acetuz.

¶ Tñ hic aladuertendū est qz lz subtiliora ⁊ calidiora maiorem habeāt aperiendi potentiā: nō semper efficaciꝰ manifestāt apertiōis effectum. constat enim qz vinum est subtilius et calidius aceto quod generaliter ex eo: quod plus participat de leuibus elemētis scz igne ⁊ aere. nec tñ efficatius aperit opilatiōes miseraicarū aut splenis ⁊ epatis. cuius causa est breuis mora quā facit in partibꝰ opilatis: ⁊ fiet fortꝰ actio nulla vel modica siue leuis. quāto esn subtilius est tanto citius per minora foramina penetrare potest. Similiter vero quāto leuius est. tāto minus figitur in perforabili. sed si portiōi subtili ⁊ calide copularef aliq substātia q̄ grauaret illā vt fortiter figeretur ⁊ eius trālitū retardaret: vt diutius in obturatione operaretur: cōstat qz in eadē parte manifestior ⁊ efficatior esset apertio: sic autem est in proposito. nā vinū velociter trāsiens cito desert obturatas partes. et dato qz ibidē cōtraheret motā equalem aceto, nō tñ perforaret obturans vt illud: quontā leuitate sua debiliter figeretur in eo: qđ in exteriorib⁹ pz. Nā acetū perforat ⁊ aperit saxum cui superfundit. ⁊ tamen vinū si superfundat: ⁊ diutius ibi maneat nō aperiet tm vel scindet: cuius ratio quidem est: qz nō pmittūt elemēta leuia qz vinū. rei subiecte figatur. Sz aereo dñanti ⁊ igneo separatis remanet in aceto terreū qđ ꝑ adustionem acquisiuit acumen ⁊ aqueo fortissime copulatur. ⁊ tō dñantib⁹ grauib⁹ elemētis vehemētius ad inferiora mouet ⁊ figit fortius in re q̄ subiacet. et: et luma sui acuminis efficaciter pforat partes eiꝰ: ⁊ hinc est qz acetum remb⁹ ⁊ inferiorib⁹ mēbris velociter nocet. vinū autē ecōtra. s. capiti ⁊ superiorib⁹. Nā promptissimū est in vaporem resolui ⁊ ad supiora moueri. Acetū vero promptissimū est illabi meatib⁹ subiacentib⁹. ⁊ tō in transitu suo per meri velociter offendit cānā gutturis ⁊ pāniculos pectoris in extenuatis corporib⁹. qñ descendēdo facillime subingredit poros meri ⁊ penetrat vsq; in colligata mēbra. sic q̄ ptz qz ad quecūq; mēbra obturata pōt acetuz ingredi sub forma liquoris. efficaciꝰ ibidē opabitur apertionē qz vinum. Sed in illis ad q̄ nō peruenunt ista duo sumpta interꝰ nisi sub forma vaporis vinū efficatiꝰ aperit. ⁊ tō vinū in potu sumptum efficatiꝰ aperit poros cutis qz acetū si biberet. Dico revero qz stipticitas quā aceto prebet substātia terrestris in fixa facit ipm potētius aperire qz vinū: est abusiuū: qz contingit opposita. tñ qz terreitas per quā acetum superat vinū ingrossat substātiaz. grossities ꝛo substātie nūqz est p se aptioꝛis ꝓncipū: sed potius clausionis: tum qz stipticitas p se stringit et inde claudit. vñ nihil aliud est dicere nisi qz acetū ideo plus apit qz vinū. qz dñantur i eo respectu vini qualitates q̄ sunt principiū clausionis: qđ est absurdū. nec minus est incōueniens dicere qz stipticitas vini aperitiuā p accidens fortificat in aceto. Nā cū oē per accidēs ad per se reducaf: ⁊ stipticitas p se claudat solūmodo necesse esset claudendo iuuet aptionē qđ est impossibile fieri fm eandē ptē vniꝰ meatus. sed fm diuersas vt elucidat. Gal. Haz qđ cōstringit vnā partē meatus oppositā dilatat ⁊ aperit. sed acetū mor in eadē parte cui obuiat ostendit se fortiꝰ aperre qz vinū a quo generat vt in superficie sarī. ⁊ tō caute loquēs prudēna. Gal. nō dixit qz stipticitas in medicinis fortificat virtutē aperitiuā. lz qz adiuuat penetrationē. qđ sic declarat: qz cum medicina per vim aperitiuā fuerit subingressa meatū. postea stipticitas poros claudēs vel stringens pellit vlteriꝰ medicinā. et sic ait stipticitatem iuuare oleū ros. ad penetrādū poros cutis. hoc aūt supra elucidatū est. capitulo de ꝓmittiōe medicinaꝝ. ¶ Patet igitur ex ꝓdictis qz ad naturā medicine absolute apitiue nō sufficit vt participet caliditatem in subtili substantia: sed fortiter copulata substātie figenti ⁊ retardāti sufficienter. ꝑ qđ differētia ptz ipsiꝰ ad subtiliatiuā ⁊ resolutiuā. qñ vtraq; illaꝝ ꝓticipat caliditatē in subtili substātia vel subtiliata. nā in eis est tercū subtiliatū sicut in aceto. Sz tñ eoꝝ natura nō req̄rit diuersitatem substātie sicut aperituā. et exinde contingit qz aliq̄d in quo dīatur subtilis substātia pōt esse aperituuz. lz caliditas eiꝰ nō fundet in illa. Sed in grossa quā tñ subtilis occultat ⁊ superat sicut in aliq̄bꝰ amaris. vt in aloe. ꝓpter quod oia amara subtilis substantie a dīio dicunt aperitiua ⁊ ideo vinum amarum potenter est aperituum ⁊ ad huc potentius si sue amaritudini acetositas copuletur.

¶ De mollificatiua medicina. Cap. xxxv.

¶ Scõm vero quod ex predictis etiaz elucescit est hoc scz q̃ cõplexionatum idem specie põt quãtum ad qualitatem cõplexionalem in diuersis gradibus collocari. vt supra docebatur de vino ⁊ caule. Cuiꝰ varietatis cõstat duplicẽ esse causam vt ex predictis elicitur quarum vna prouenit ex subiecto cõplexionis. Naz vt fuit expressum: vnumquodq̃ cõplexionatum habere potest individua informata differẽ ti cõplexione vel quo ad gradum vel quo ad qualitatẽ fm differentiã locoũ siue productionis. Alia vero causa prouenit ab obiecto cõplexionis scz sanabili corpore respectu cuius mensuratur complexio rei approximãtis ad ipsum fm diuersos terminos alterationis quos imprimit sensibiliter in eodem. Unde quia corpora vnius habitationis recipiẽt ꝓpter dispositionem suam intensius impressiones alicuius calefacientis q̃s corpora regionis alterius: ideo iudicabit esse calidius in vna regione q̃s in alia. Probat enim experientia q̃ si vna dosis puri. 33. exhibeatur gallico vel germano ⁊ ethiopi. si ethiopẽ inflãmauerit prima vice: tamen vix nona vel decima sensibiliter calefaciet stomachum aliorum. ⁊ nõ tñ in individuis distãtium regionum hec varietas reperitur: sed etiã in corporibus habitationis eiusdez. Jam enim in nostris habitationibus visa est mulier q̃ quotidie puri. 33. 3. comedẽs nec q̃q̃ plus soluto calescebat vt in aliqua parte offendebatur. ⁊ tamen in eadẽ habitatione si mulier colerica sumpsisset inde quartã partem. 3. sine freno alicuius cibi vel medicine: proculdubio estuasset eadẽ die violẽto ardore. ¶ Sz ex his ꝓbet occasio rationabiliter dubitãdi. cur ad vnum gradum potius q̃s ad alios determinetur a sapientibus in qualibet regione complexio medicine: cum in eadem possit fm individuorum diuersitatem effectus imputinere graduum diuersoꝝ. vel cura sapiẽ libertatibus quorum experientiam diuersa climata susceperunt. Giõ cõplexio alicuius medicine determinatur ad vnum gradũ sicut piper ⁊ synapis. ad quartuz ⁊ sic de similibus. Et hoc quidem elegantissima hec est causa. s. q: corpora respectu ad q̃s dantur absoluta iudicia de complexione medicinaruz semper ab eis recipiunt impressionem sub ratione gradus determinati si approximentur eisdem in debita quantitate. nõ enim medicina iudicatur a sapientibus talis vel talis respectu cuiuscunq̃ corporis: q: cum intentio sit ipsoꝝ tradere artem seu regulã directiuam in iudicando de conuenientia vel disconuenientia medicine ad quodcunq̃ corpus sanabile: necesse fuit vt de medicine potentia iudicarẽt respectu illius corporis cuius cõsideratio põt ad cognoscendam conuenientiam vel disconuenientiã in omnibus aliis corporibus regulare quale est corpus temperatũ siue sit eucratum absolute: scilz in tota specie hominis siue fm quid scilicet respectu individuoꝝ alicuius regionis. ¶ Ab hoc igitur corpore tantũmodo potest sumi iudicium complexionis medicinarũ vel quodcunq̃ documentum artis vniuersaliter directiuum ad cognoscendas naturas oĩm aliorũ propter tria. quorum primum est: q: hoc corpus respectu aliorum semper est vnius rationis. corpora vero distemperata: q: pluribus modis ⁊ quasi incõprehensibilibꝰ possunt a temperamento recedere non sunt vnius rationis ⁊ ideo non potest ab eis accipi regula directiua ad omnia alia. discurrere vero p singula est impossibile ⁊ inartificiale: quoniam sic fere tot essent gradus medicinarum: quot essent corpora

Ꝓpter ꝓprietatẽ specifice ⁊ individuales a celo ꝓcedũt.

Ꝓpter

essent corpora distemperata. Secundū est quia omnia corpora lapsa referuntur ad temperatum sicut ab eo distāta plus vel minus. Ita q̄ sue distemperātie nomen ⁊ rationē accipiunt per cōparationem ad temperamentū: ⁊ ideo sicut a signo vno ⁊ cōmuni omnibus distantijs regulantur tactus a sagittatibus: ita medicus cōsiderationes omniū sanabiliū regulat intuendo ad temperamentū siue ad mēsurādum distantias lapsorum siue ad mensuram de virtutibus illis applicādarum. Tertium est: quia temperatū in vna quaq; regione semper est notabilius. tum quia omniū aliorum distemperantijs aut lapsibus caret tā in habitudine ⁊ qualitate corporis q̄ in actionibus ⁊ exercitijs a corporetum quia rarius propter illud q̄ distēperata. pauciora enim sunt in qualibet regione corpora temperata respectu lapsorū: quoniam temperamentū stat semper sub vna ratione. Lapsus autem sub pluribus ⁊ diuersis. ⁊ ideo facilius est in qualibet regione cognoscere omnia corpora tēperata: q̄ omnia distemperata: cū sint paucissima ⁊ excellentissima respectu aliorū. non est enim difficille cognoscere in qualibet regione: quia suo regimine nō solū sapientibus: sz etiā vulgo se manifestant: cū in omnibus exercēdis cōparatione aliorū ostendāt se moderatos. ⁊ ideo q̄ pauci sunt ⁊ excellētia regiminis prelignati laudibus a multitudine viciorū diuulgantur. exinde cōstat q̄ citius experiēta directiua pficitur in paucis: videlicet modestis ⁊ discipinabilibus q̄ in turba indisciplinabili plurimorū. Quoniā igitur medicina tali corpori applicata sub quantitate sufficienti ad impressionē manifestandam qualis est quantitas prime dosis semper inuenta est ipsum immutare sub determinato gradu. Proptera sua ꝓpletio fuit ab illo gradu absolute locata p̄ cuius iudicij cōsiderationem sapienti facilime est inuenire sm quē gradū possit immutare corpora lapsa cognita distātia lapsus a temperamēto: q̄ est equē facile sicut ex doctrina de signis corporū lapsorū infra patebit. ¶ Nō aūt aliqn medicinas cōcoriter sapientes locāt sub vno gradu. q̄uis in diuersis regionibus experiuntur cuerit suā experiētiā. procul dubio tenēdū est q̄ si cōpletio fuerit ad primū: ⁊ secūdum: regiones fuerūt similime. Si vero ad gradus superiores. ⁊ maxime ad quartū. ratio est: quia cōperierūt q̄ medicine huiusmodi nō solum in corporibus tēperatis: sed etiā in alijs exterius applicate per se debito modo ⁊ mota sufficienti semper imprimūt determinati gradus effectū: q̄ maxime habet locū in medicinis cōpletionatis in quarto gradu: quia propter excellētiam sue virtutis nō possunt ita vinci de facili ab opposita cōpletiōe corporis lapsi sicut medicine inferioris gradus. Et si in prima dosi vnius regionis vincerentur in alia regione opposite q̄litatis interius sumpta propter fortitudinē interiorum alterantiū: humorū. s. ⁊ membrorū: tamē exterius applicate semper manifestabūt quarti gradus effectū. ⁊ ideo in oi regione sapientes docēt ruptorū facere de synapi. aut pipere aut calce viua vel flāmula ⁊ similibus: quoniam vbiq; cutē vlcerāt ⁊ vesicant. quapropter ab omnibus concorditer dicūtur esse calida ⁊ sicca in quarto gradu: ⁊ sic de alijs ⁊ rarissime discrepare inueniunt nisi in medicinis completionatis in gradibus inferioribus. ⁊ maxime in p̄mo ⁊ secūdo q̄s in illis pp debilitatē qualitatis nō solū intra: sz etiā extra facillime possunt vinci a corporibus lapsis in oppositā q̄litate. ¶ Declaratū est igitur vsq; nunc in fine intēto quātū sit medico necessariū vti p̄dictis duobus modis ad inuestigādū notitiā primaꝝ ⁊ secūdaꝝ virtutum in medicinis. Scōa vero rō declarat per cōpositionē ipsorū modorū adiuuē licet enim cōueniant in faciendo notitiā de predictis. tamen differūt in duobus: quorum primum est instrumētū quo exercetur. Nam modū inuestigādi notitiam predictā per gustū potest exercere medicus proprio corpore: q̄ proprio gustu. Sed alius exercet in alieno: quia licet medicus in seipso corpus temperatū haberet. non tamen ignotis ⁊ dubijs alterationibus debet suū corpus exponere ne laboretur: quoniā publice vtilitatis est instrumentum. plus enim cōmunitati obsequitur sapiens medicus q̄ mediocres ⁊ minores in populo. Secūdū vero in quo differunt est q̄ltas notitie quā exhibet de predictis. etenim notitia pfecta pgustum est quasi probabilis: q̄ facit opinionē quādā in quia plene non quiescit animus cū formidet contrariū: sed notitia facta per alterū modū est quasi demōstratiua ꝓpter certitudinē possibilem quā habet in tali materia. Cū igit sit medico necessarium quādoq; prompte cognoscere saltem in generali ⁊ ꝓbabilit naturā cōplexionati ꝓpositi vt cuz habitatoribus regionis quā ingreditur est in vsu cōmuni. Interrogat⁹ em̄ cōuenit vt dubitationibus lapsoꝝ circa vsuz ipsius aliquam prebeat directionē. quod nec̄t prōpte facere nisi recurrēdo ad gustum suppositi q̄ ignotum fuerit ei cōplexionatum: q̄ō p̄sentat. neq; debet esse contentus gustu alioꝝ postq; res est in vsu cōis. q̄q; vero necessariū est medico certificari de re ꝓposita. vt q̄ nō est cōiter vsitata. vel via cibi: vel via saporis aut cōdimēti. nec viget necessitas applicandi eā ⁊ iō cōuenit vt ei⁹ effect⁹ experiant in sanabili corpe sm regulas ⁊ cautelas exp̄ssas i exposito ne p̄mi ap̄houismoꝝ. ypo. doctissimi. ibi ei data ē doctrina experiēdi medicinas ignotas i hūanis corporibus. Tāta igit ad habendū noticiā de viribus cōplexionatorum potentialiter introduxisse sufficiat per gratiam iesu xp̄i.

¶ De somno ⁊ vigilia. Cap. lxxiij.

SOmnus ⁊ vigilia tantum corpus immutāt ⁊ specialiter cerebrū. ex cuius dispositione p̄ime vel immediate causant. ¶ Est em̄ somnus q̄es cognitiuaꝝ virtutum maxime sensitiuaꝝ ⁊ oim volūtarie motiuaꝝ ꝓpter diminutionē spirituū in cerebro: ⁊ defectum emanationis ipsorū ad organa sensus ⁊ motus. Vigilia vero est exercitium virtū predictarum propter causam cōtrariam. ¶ Immutant autem corpus per se ⁊ per accidens. Somnus enim sm medicū per se calefacit ꝓfunda corporis velut viscera ⁊ loca prime ac secūde digestionis. superficiem aūt corporis ⁊ extrema in frigidat. Nā calor naturalis ⁊ spiritus coadunantur ex regimine nature circa partes predictas propter digestionem cibi ⁊ ideo etiā tunc in cerebro valde diminuitur eorum presentia. propter quod dormientibus ⁊ maxime in frigido aere plura operimenta sunt necessaria q̄s si vigilarent. ꝓpterea sub diuo dormientes celeriter incurrunt capitis reumatismos ⁊ morbos q̄ ad eos sequuntur vt sunt pleuresis et peripleumonia ⁊ squinantia ⁊c. Humectat enim membra precipue interiora condensatis vaporibus resolutis a nutriēte: deinde reflexis ad membra. Proinde si prolixus intantū fuerit vt moderatam transgrediatur mensuram: multiplicat reumatismos ⁊ egritudines humorales. vt apoplexiam: litargiam. molliciem neruoꝝ. torporem ⁊ similia. maxime retentis superfluitatibus humidis vsine meatuū ⁊ simultum: que opz expleto moderato somno expelli a corpore. Effectus autem calefactionis ⁊ humectationis interiorum est inequalis propter diuersam formā decumbentis. Nam coꝝ viscera maxime calefiūt. ⁊ amplius eparā supra latus epatis dormiunt. similiter eis manifestus accidit litargia ⁊ nocumentū memorie ac neruoꝝ q̄ supra dorsum ⁊ occiput dormiūt resupini: cū coartate humiditates directi⁹ illuc fluāt: ⁊ silr accidit ceteris mēbris in alijs decūbēdi figuris. ¶ Vigilia vero ꝓtractū operat. nā ꝓfunda infrigidat ⁊ exiccat mouēdo cunctas exalationes ad superficiem unde calefacit eā nec tū hūectat exhalato vapore. ¶ Per accidēs aūt ⁊ interiora ⁊ exteriora p̄fit pluribus modis ⁊ alr q̄ dictū sit immutare. Somnus aūt maxime prolixus in corporibus: quoꝝ viscera multo abundant flegmate precipue vitreo vel acido interiora infrigidat dissoluto flegmate ad mēbra debilia fluente. ⁊ iterum etiam suffocato calore naturali ꝓpter superfluitatū coartationē. quare interdū causat paralysim ⁊ torturam nauseam ⁊ abominationem ⁊ infrigidationem stomachi ⁊ silia. Si vero coleric⁹ humor abūdet ibi multiplicato fumo colerico dolor causabit capitis. ⁊ vultus calor ad speciem cole declinabit. talis autem tm moderata vigilia calefacit interius feruore colerico.

¶ De inanitiōe ⁊ repletione. Cap. lxxiij.

INanitio ⁊ repletio et in toto et in pte immutāt corpus. Est autem inanitio sm medicū euacuatio cuiuslibet expellibilis rei a corpore

Repletio vero est retẽtio eius in corpore. Expellibiliũ aũt ꝙ retentibiliũ quedam sunt vniuersalia. quedã vero particularia. Uniuersalia vero sunt quecunq; omnibus mẽbris corporis cõmunia sunt sicut sanguis ꝙ aquositas ei⁹ ꝙ oẽs humores cõmixti cũ eo. Particularia vero sunt que tantuꝫ aliquibus mẽbris cõueniunt sicut mucus naribus ꝙ palato: salina oculis: creatus pectoris: feces ciborũ intestinis: vrina renibus ꝙ vesice: co. calli cellis. ꝙ melia splen: ꝙ sperma testiculis: lac mamillis: ꝙ emoroide ano: ꝙ mẽstrua matrici. que igitur vniuersalia sunt manifeste immutant totum corpus que vero particularia principaliter immutãt mẽbra quib⁹ cõueniunt ꝙ secũdaria colligata. ¶ Immutãt aũt inanitio ꝙ repletio quãtitate ꝙ tempore ꝙ mõ. Nam si aliquid expellaꝫ a corpore qñ ꝙ quãtum natura mẽbri vel totius corporis indiget ꝙ per regiones cõueniẽtes corpus quidem alleuiat ꝙ virtutes mẽbrorũ grauãtis, oneris deposita sarcina cõfortat ad actiones perfectius ꝙ liberius exercendas. Similiter si retineãtur quando ꝙ quantũ ꝙ qualiter etiam natura indiget. certum est id prodesse ad robur corporis ꝙ ad actiones perficiẽdas. ℞ si quãdo corpus nõ indiget aut plus ꝙ indigeat vel aliter: vt si stercus per os expelleꝫ, id fiat certũ est ꝙ membra leduntur ꝙ eorum virtutes debilitantur: maxime cũ omnis inanitio fiat cũ resolutione spirituũ. Similiter autem quando preter indigentiaꝫ aliquid retinetur membra grauantur ꝙ actiones impediuntur. Ho cuius aũt effectus inanitionis ꝙ repletionis in morboruꝫ accidentibus patebit in speciali.

¶ De accidentibus animi. Cap. lxxv.

Animi accidentia pro tanto passiones cordis omnes dicũtur: qñ cor in eis primo ꝙ principaliter patit. Nolantur aũt passiones mentis non formaliter sed potius effective. Nam mẽs que fm medicos est ratio interior cognitiua nõ est subiũ passionis illius. neq; cerebriũ in quo viget p̃dicta cognitio: sꝫ ipsa cognitiua qua mẽs p certam nationẽ iudicat aliquid vtile vl̃ nociuũ causat vel efficit passionẽ in corde: ꝓpter quã mẽbra cetera corporis immutant. pinde etiã ꝓprie dicunt accidẽtia animi: cũ animus vtrãq; vim cõprehendat. s. cognitiuaꝫ interiorẽ atq; motiuã: nam ꝙ aliquis in animo dicitur meditari. ꝙ ex animo agere. Sunt igitur accidẽtia mẽtis ꝙ cordis: sed mẽtis quidem velut cause primo efficientis a parte intra: cordis aũt vt subiecti primo ꝙ principaliter patientis. ¶ Perfecta vero cõsideratio passionũ cordis vel accidẽtiũ animi cõsistit in quatuor. Primo. s. vt sciaꝫ quot sunt in numero vel fm genus vel fm speciẽ vel vtroq; modo. Secũdo qd verunq; sit. Tertio q̃s habeat causas. Quarto quos effectus imprimat corpori. ¶ De primo modo credere debet medicus naturaliter als nãli q̃ prime passiones cordis: ad quas oẽs alie reducũtur due sunt. s. delectatio et dolor. cetera enim accidẽtia vel tm̃ ad delectationẽ pertinent vt gaudiũ audacia ꝙ spes. vel ad dolorem vt tristitia timor et desperatio. Delectatio vero ꝙ dolor nõ sumunt hic fm q̃cõueniunt apprehensioni exteriors cognitiue sed interioris. Nam delectatio cõmune nomẽ est. ꝙ ad apprehensionẽ boni factam per sensus exteriores. ꝙ etiam per vires interiores. Dolor vero similiter est nomen cõmune ad apprehẽsionẽ mali factã tam exterioribus sensibus q̃ interioribus viribus. Sed delectationem causatam ab interiori apprehensione boni cõmunis vsus vocat letitiã siue gaudium. Dolorẽ vero cãtũ ab interiori apprehẽsione mali tristitiã. ¶ Multiplicatio vero ꝙ tota diuersitas accidentium animi pẽdet ex tribus reb⁹. Primo scilꝫ ex potentijs: quarum operationes exiliunt. et per respectũ ad quas differunt genere fm quã considerationẽ aliqua dicuntur conuenire concupiscibili: scꝫ amor ꝙ odiũ ꝙ desiderium ꝙ fuga vel horror ꝙ gaudiũ ꝙ tristicia. quedam vero irascitue: scꝫ spes: timor: audacia ira: Secundo vero obiectis propositis per respectum ad quẽ recipiunt specificam differentiam. Tertio ex affectibus q̃ duo sunt modi. Nam quidã sunt effectus solum pertinẽtes ad motus sicut clamare ꝙ tacere ꝙ exultare ꝙ minuadere ꝙ similia. Nullo aũt predictoruꝫ modorum considerat medicus diuersitatem istorum accidentiuꝫ: sed quantum ad potentias spectat cõuenit ad naturalem: ceteris aũt modis ad moralẽ speculatorẽ: cuius est mores cõponere et animũ ordinare ad operationem boni ciuilis ꝙ humane felicitatis. Alij vero effectus eorũ pertinent ad phisicas alterationes corporis sicut calescere aut infrigidari aut exiccari: aut tremere aut sincopizare vel fluxum pati ꝛc. Diuersitas autem surgens inter predicta accidẽtia ex parte talium accidẽtiũ attenditur solum in medico qui non cõsiderat ea nisi put sunt cause immutãtes phisice sanabile corpus inquantuꝫ tale. Ab hac autem consideratione conuenit moralem aliter distinguere ꝙ multiplicare species predictorum: ꝙ aliter medicũ. Nam medicus solum illas dicit esse species distinctas accidentium quibus manifesto corpus sensu sanabile diuersimode alteratur. ceteras vero quarũ effectus tales non sunt manifeste diuersi sub vna specie cõprehendit vel reducit ad alias. ꝓinde nõ numerat inter ea desiderium et fugã: ꝙ audaciam ꝙ spem et desperationem et amorem ꝙ odiũ aut rancorem: qui nihil aliud est q̃ odium inueteratũ. Unde etiam nomen trahit. Nam rancidũ cor interpretatur. i. antiqua melia depsanatũ. Hec enim omnia accidẽtia non immutant corpus nisi mediante ira vel gaudio vel tristitia: sicut de pluribus patet patientibus amorem heroycũ. Sunt autem accidentia quibus manifeste sanabile corpus diuersimode alteratur gaudiũ ꝙ tristitia: timor: et ira: verecũdia ꝙ angustia. ℞ Quãuis autem quidã non connumerauerint tristitiam ceteris. v. non tamen credendum est q̃ omiserint. Ideo q; crederẽt nõ esse de illis que phisice corpus immutãt: quod ex duobus patet. Primo scꝫ ex ratione sufficiẽtie quã assignant que est motus cordis q̃ est versus pectus tm̃ aut versus dorsum tm̃: aut versus vtrũq; ꝙ versus alterum paulatim aut subito. Cõstat autem q̃ in tristitia cor mouetur aliquo istorũ modorũ. Secundo quoniam in executione de ipsa faciunt mentionem: sed ideo i numeratione subticuerunt: quia cũ sit passio gaudio ꝓtraria per oppositũ potest intelligi. Sollicitudo vero siue anxietas que quidem est immoderata sollicitudo nõ cõmunerab⁹ his: tum q; nõ est passio cordis. sed quedã prouidentia tũ q; nõ immutat corpus ex se: sed ex parte vigilantie quã inducat ex vehemẽtia meditationis circa directionem agẽdorum vel ex parte timoris et diffidentie: a quibus oritur.

¶ Quid aũt vnũquodq; sit ratione diffinitiua nõ est medici: sed moralis cõsiderare: cum formaliter sint quidã motus appetitui vel passiones siue operationes appetitiue potentie. ¶ Circa tertium vero debet credere medicus q̃ due sunt in genere cause predictorũ accidentium scꝫ intrinseca ꝙ extrinseca. Extrinseca quidem est obiectum boni vel mali. licet esse in aliqua passione animi vt in ira ꝙ spe obiectũ habeat specialiter rationem ardui. tamen generaliter obiecta omnium habent rationem boni vel mali siue nociui ꝙ iuuatiui placentis aut displicẽtis: quod exteriorib⁹ occurrit sensibus. Frequẽtius autẽ ex visis ꝙ auditis mouetur animus quoniaꝫ plura placẽtia vel displicentia percipiunt his duobus sensibus q̃ ceteris. Et hinc oritur in medicina necessitas cõsiderationis diuersitatis que reperit i cãtibus aut sonis auditis ꝙ ludis ꝓspectis atq; tripudijs nam sonoꝝ diuersitas sicut ꝙ saporum diuersitati respondet complexionum. Unde melodia que fm diuersos sonos formaꝫ diuersis auditoribus redditur placens. Nõ esse idem sonus est gratus colerico vel flegmatico. quamobrẽ sonus quo proportionatur auditori sic medetur animo eius: quẽadmodũ medicina corpori proportionata medetur ei. nam in cõpluribus ea cuius sapor est stomacho gratiosior. efficatius per se innutriat ipsum. Similiter quoq; ludorũ ꝙ tripudiorum varietas sicut diuersimode mouet animũ intuentis fm diuersam eius dispositionẽ in corpore vel in mente. Nam mores ꝙ disciplina disponũt menti. ¶ Intrinseca vero cã est duplex. quarum vna habet rationẽ efficientis. scilicet omne conceptum vel imaginatuꝫ sub ratione nociui vel iuuatiui. placentis vel displicentis. quicquid enim mẽte cõcipitur sub his rationibus. Ita scilicet q̃ tale putetur esse: quãuis in re sit aliter: nihilominus mouet animum: ꝙ aliquo mõ sanabile corpus immutat. Tantã enim vim habet mouendi corpus cõiunctum forma impressa imaginationi quam estimatio iudicat esse rei vtilis vel nociue: placentis aut displicentis: q̃ nõ solum in vigilijs mouet ac vehementer immutat. sed etiã frequẽter

Passiones cordis ꝑme sunt due

Multiplicatio ꝙ diuersitas accidentiũ animi ex tribus pẽdet.

Quãdiu corpus cõsidere accidentia ai.

Rãcor odiũ inueterati

Quare accidentia corpus sanabile alterat.

Quelibet cõe accidentiũ ai.

Sonus formaꝫ diuersus

Diuersitas saporũ.

etiam frequenter in somnis. In vigilijs quidē patet taz in alienatis corporibus q̄ in corporibus sane mentis. in alienatis eñ sepius experimur q̄ patiūtur irrationabiles erubescentias ⁊ timores ⁊ audacias atq; tristitias. Nam melancolicus qui existimabat se dentem habere prominentē exterius vt deus apu quotienscūq; videbat se ab alijs intuen ⁊ intuentes eū ad inuicē colloqui existimans de mōstruositate sui dēti eos habere sermonem erubescebat et rubore perfundebak. Qui vero existimabat se pedes habere vitreos nullaten⁹ audebat pervias calculosas ⁊ lapidosas deābulare. sed semper timebat huiusmodi calles. Ecōtra vero qui existimabat se habere ferreos pedes. nō audebat currere supra rupes ⁊ saltare etiā super lapides. Qui vero existimabat matrem suā obijsse propter partū ipsius frequenter gemens ⁊ tristis lachrymabatur: infinita simulia causat falsa extimatio. Qui vero sane mentis existūt propter extimationem similia patiūtur. Nam qui securus incedit aut forte currit supra latera trabe in solo posita. si supra eandē in alto sitam incessert accidit vt timore concussus tremendo deficiat ab incessu: q; casum imaginatur et oīno existimat sibi superuenire. In somnis autem ptz hoc in his qui exercent in eis opera vigilantium ⁊ multi comperti sunt lachrymari fortiter ⁊ ridere propter imaginata et extimata in somnis. et quidam tam tāto timore fuit p̄ssus in somno q̄ dum somniaret in tantū alteratum est corpus vt eius pili canescerent. Alia vero cā intrinseca rationem habet disponentiū ad generationem talium accidentium: ⁊ est duplex. quarū vna est dispositio instrumentoū anime vel nature. secunda vero est ipsum accidens animi.

Dispositio īstrumētoū ad generationē accidentiū animi recipiūtur.

Quod est quedā operatio spiritualis virtutis sm medicū vt supra tactum est in consideratione virtutum. ¶ Dispositio vero instrumentoz anime vel nature in tribus tantū rebus naturalibus inuenitur: scilz in membris ⁊ spiritib⁹ ⁊ in sanguine. Dispositio autem membrorum preparās ad generationem accidentium animi p̄cipaliter est complexio. Diuersitas quidem cōplexionum maxime cordis inclinat ad diuersa accidentia animi sicut in signis cōplexionū docetur. ꝑterea cū membra sint instrumenta anime suevirtutis illa cū eis promptius operatur ad que ipa mēbra ex sua dispositiōe sunt ꝑna: qua rōne plato auctorizauit animam sequi cōplexionē corporis: q; vero spūs est anime vel virtutis eius quodāmodo instrumētū ⁊ diuersitas instrumēti diuersificat actiones. Ideo sicut diuersa mēbroz complexio causa est diuersoz accidentiū animi: sic ⁊ diuersa spirituum dispositio. Quēadmodū eñ carpentarius nō idez opus exercet instrumēto quadrato ⁊ triangulari vt acuto ⁊ hebeti. sic nec ala siue virtus eiusdē idem accidens operat spū caliginoso ⁊ claro aut grosso aut subtili ⁊c. ideo vere dictum est quodāmodo q̄ proprie instrumentum anime nō est nisi organum cui ⁊ ipsa immediate cōiungitur sicut forma organici corporis ⁊ potentia ipsius vt motoz immediatus. Unde immediatū instrumentum eius est membrū cetera vero que mēbra seruūt instrumenta sunt mediata. spūs enim est dispositiuus membroz sm rationem lucidi vel tpate calidi ⁊c. Unde tā cōplexionatus spūs qui ⁊ radicalis a q̄busdā medicis appellatur quā etiaz fluens habent rationē potius dispōentis instrumentū q̄ instrumēti cōplexionatus tamē q: de substātia membri est potest instrumētū verius vocari. fluens aūt si dicatur instrumentū q: corpus est per q̄s anima suas perficit opationes in corpore cōstat q̄ separatuz est ab ea nō p̄fectū saltē unmediate. ¶ Rursus tā mēbra q̄ spūs recipiūt dispositionē a sanguinis diuersitate velut a cōi materia. ꝓptereā sanguinis dispositio causa quedā est ꝓpārās ad gñationē predictoz: quā non modicū attendere dz medicus in ꝓposita materia cū per sanguinis correctionē efficacissime subueniatur necessitati sanabilis corporis in talibus accidentibus maxime cū ad correctionē sanguinis sequatur p maiorī partē correctio non solum spirituum sed membroz. Oportet igitur eū scire q̄ sanguis subtilis ⁊ clarus in substātia: tpatus vero in qualitatibus cum spūs generet splendidos atq; tpatissimos. disponit ad gaudiū magis aut minus sm maiorem aut minorē talis sanguis qualitatē: subtilis aūt ⁊ clar⁹ a dūto calid⁹ qualis est sanguis corpoz: in quibus corda dominat: cū sit velocis inflāmationis ⁊ motus disponit ad velocissimā iram modicūq; durabilem: cū oē tenue vel subtile celeriter resoluat. Si vero subtilis ⁊ clar⁹ fuerit atq; frigidus: qualis est sanguis corpoz: in q̄bus, aquositas naturalis flegmatis dñatur cū spūs ex eo generat⁹ sit modicus frigiditate, phibente gñationem ipsius: ⁊ grauis ac parū inflāmabilis propter frigiditatē ⁊ hu. ineptus est calefacere cor ad exteriora mouere. Unde non ad iram et gaudiū inclinare pōt: sz tñ ad timorē ⁊ pusillanimitatez q̄ a quibusdā vocat cordis debilitas. Sanguis autem grossus ⁊ calid⁹ si fuerit niger aut tenebrosus ⁊ inequalis grossitiei: quē cōiter turbidus appellamus qualis est sanguis corpoz: in q̄bus colera appropinquans sm adustionis dominat. disponit ad tristitiā ꝓpter tenebrositatē spirituum. ⁊ ad ipam ꝓpter caliditatē ipsoz. insuper ad pertinatiam vel ad firam iram ꝓpter eoz spissitudinem siue grossitiem qua tarde nimis forma deletur eis impressa: necnon ⁊ ipsa tarde resolutur a corpore. Si vero grossus ⁊ calidus nō tamen turbidus fuerit qualis reperitur in corporibus habē tibus cor temperatū ⁊ epar notabiliter calidum atq; siccū sed lōge amplius siccum ⁊ vtētibus dieta mediocri: vel in corpibus temperatis quoz sanguis fortī exercitio calefactus ⁊ inspissatus nōdū cepit aduri ⁊ denigrari non ad tristitiā disponit. sed ad constantē audāciā: quā quidam vocant fortitudinē cordis ⁊ ad mediocrem iram: cū eam letitia frangat: cui sunt magis proni q̄ ad tristitiā. q; si ex vehementissimis causis ira fortis excitet in eis tarde sedatur ꝓpter spissitudinem vel grossitiem predictorum. Sanguis autē grossus ⁊ frigidus non tamen turbidus qualis est in corporibus habentibus cor tēperatum ⁊ epar siccius ⁊ frigidius temperato. sed magis siccum q̄ frigidum: ⁊ vtentibus dieta generatiua de se mediocris sanguinis in omnibus accidentibus animi mediocrem reddit hominē vt nō magis pronus sit ad hoc q̄ ad illud. sed in tantū differt ab his quoz sanguis est temperatus. quoniam ex dispositione sui sanguinis hebes est ⁊ solidus. siue cōstans aut p seuerans in inchoatis propter grossitiem suoz spirituum. Si vero sanguis grossus et frigidus turbidus fuerit sicut in habentibus epar equaliter frigidius ⁊ siccius tēperato vel amplius frigidū: ⁊ vtentibus his que generāt hutusmodi sanguinem disponit ad celerem et pmanentem tristitiā ⁊ ad lētam ⁊ tardam iram sed si excitetur ex forti causa nimium perseuerat ⁊ inclinat ad odium ⁊ rancorem. firmitudo tamen ire istoz minor est q̄ in habentibus grossum et turbidū atq; caliduz sanguinem: sed maior q̄ in habentibus ipsum subtilem propter quod naturaliter odium generatur et inueteratur in istis. ¶ De ipsis autem accidentibus animi est sciendū q̄ vnum quodq; si frequenter introducit promptitudinem ad generationem ipsius quēad modum in capitulo de consuetudine patebit sufficienter.

¶ Sz circa quartū expedit medico diligenter exercere: scz vt aduertat quos effectus imprimat sanabili corpori cum ab eis fortissimas immutationes suscipiat: quibus interdum habita sanitas manifeste corrumpitur: et interdum amissa celeriter restauratur expulso morbo beneficio accidentis. Inter ea quidem que subito ⁊ fortiter totū corpus immutāt post aerem tenēt secundū gradū animi accidentia. Sed quoniā ad esse predictorum accidentium duo cō currunt vt supra dictū est: scz extimatio iudicans aliquid esse vtile vel nociū: aut placens aut displicēs: ipsa passio cordis cū vtrum: q̄ istoz sit causa immutationis sanabilis corporis necessariū est et vtile medico aduentionē salubrium causarum considerare qualiter ex vtra: q̄ parte membra corporis immutentur. cum autē in genere predicti accidentis p̄cedat opus estimationis tanq; opus efficientis ⁊ nuncij exīstī de bono vel malo. ideo de illis effectib⁹ prius habenda est speculatio in cōmuni. ¶ Sciendum est igitur q̄ circa immutationem in corpore factam ex vi estimationis duo considera ⁊ medicus. Primo scz ordinem immutādi. Secundo vero immutationis effectus vel impressiones ⁊ quantum ad primum cōuenit scire q̄ estimatio sm cōsiderationez medici dupliciter immutat corporis membra. q; quandoq; mediante motu ⁊ passione cordis: quādoq; vero immediate. licz enim omnis estimatio cum sit placens aut

Quos effectus imprimāt ab estimatio immutet corpus

displicens cor aliqualr moueat. scz fm rationez gaudij vel alterius passionis. tamē quia mot⁹ cordis interdum a consueto sensibiliter nō discernit. ideo tūc si aliqua manifesta immutatio fiat in aliis mēbris: medicus eā absq; passione cordis iudicat fieri: cū et⁹ passio non sit adeo manifesta q̄ puocet eū ad operādū circa cor aliter solito. tm̄ enim eius iudicia se extēdūt circa dispositiones mēbrorū quātum requirit necessitas eis subueniēdi aliquo gñe opis ordinari ad sanitatē. Ubi ergo percipitur sensibiliter timorē aut tristitiam ⁊ ceteras passiones ab estimatione ꝓcedere. cōuenienter dicit alia membra corporis tā extrema vt vultus ⁊ man⁹ ⁊ pedes q̄s media sicut intestina ⁊ stomachus immutari mediāte passiōe ipsi⁹ cordis: sed cū passiones eius immanifeste fuerint sufficit ꝓposito suo dicere q̄ absq; passione cordis alia mēbra estimatio immutauit. Quēadmodū dicit in illis qui ad hiatū ꝓuocant vel ad mingēdū vel ad vomēdum vel ad coeundū q̄s talia cernūt fieri: vel contemplantur in imaginib⁹ exterioꝛ⁹ quas hūana curiositas crebro perfigurat in parietib⁹ ⁊ colūnis ⁊ tectis: vel q̄s solum in mēte talia speculātur: ad quos act⁹ celeriter mouent dispositi q̄s sub rōne placētis aut displicētis eos imaginātur. sicut em̄ organa gñationis ꝓparant ad coitū q̄s delectabiliter estimatur de fito intuitu mentis circa delectationis placētiā. similiter q̄s q̄s aliq̄d putet abhoīabile sumendū per os tūc estimatiua iudicāte cōferēs esse q̄ repellatur stomachus ꝓtinus nauseabit tāq; ꝓuocatus ad repellendū ꝑcipue cū aliq̄d cōueniēs ad expellendū q̄s in se cōtinet tunc titillat in ipso. Par quoq; iudiciū est in ceteris accidentib⁹ vt in oscitatiōe ⁊ spandidatiōe. Nā in quib⁹ laterti mandibularū aut brachioꝛū aut crurū abūdāt fumis aut grossis vaporib⁹ leui estimatiōe ꝓuocant in eis oscitatio ⁊ spandidatio. Non solū aūt estimationis impressio taliter manifestatur in corpe estimantis: sed etiā in deciso ⁊ ꝓpagato ab eo fm maiorem ⁊ minorē dispositionē ipsius: nā si sit in corpore eius aliqua dispositio ad fedam figuram generati vel generandi: tunc si tempore generationis vel in ipsa cōmutatione carnali mens et⁹ attente circa fedas occupetur figuras erit in gñato fedissima: vel contrariū in contrariis. perscrutari vero rationem huius altissimum est: nec pertinet medico sed sufficit ei credere q̄ spirit⁹ est ⁊ receptiuus ⁊ delatiuus formarū que licet in eo sensibiles nō existāt: in corporibus tamen aut membris dispositis faciunt sensibilem impressionem sicut aer. nam insensibiliter recipit ⁊ fert species quas per speculum visui representat. in spiritu quoq; velat in aere species ab estimatiua ꝓcedens multiplicatur. ¶ Cum igitur tali specie informatus femina copulet̄ aut mēbro superuenit vtrobiq; fm exigentiam sue informationis virtutem operantē inclinat: scz formatiuam in semine: regitiuam aut̄ in membris. ⁊ ex hac consideratione tenetur medicus: Gal. testante nocuas estimatiōes egri falsificare cū ingenio ⁊ cautela. scz vt eger ab eo subtiliter deceptus atq; latenter ad cōferentē estimationē mutetur. nā si fraudē aduerteret: q̄uis esset salubris: nihilomin⁹ aut contemneret medicū aut nō persuaderetur ab eo vel et⁹ ministris. De his vero tam plen⁹ est tractatuz in ꝯsideratione particulari de patientibus mēbris corruptionez. ¶ De effectib⁹ autem ab estimatione causatis. Sciendum est q̄ in genere duo sunt: quoꝝ primus est alteratio membroꝝ. secūdus fo qualitas opationis. Alterat enim mēbra non solū in qualitatibus primis sed etiam in secundis. nam aliqua ꝓpter estimationem calefiunt: aliqua ⁊ frigidant ⁊c. q̄dam vero colorāt̄: quedā discolorantur. que quidē alterationes manifestissime sunt in timore ⁊ verecundia ⁊ ira ⁊ ceteris passionibus cordis. Operationes quoq; membroꝝ qualificat. id est aliqualiter immutat. ⁊ hic effectus manifestatur principaliter in motu cordis. secundo vero in motu ⁊ ceteris operationib⁹ aliorū membroꝝ. nam ꝓportionaliter cordi mouentur fm maiorem ⁊ minorē dispositionem ipsoꝝ. In passionibus enim cordis fm exigentiā immutationis ipsius totū immutatur corpus. cum enim toti⁹ disponat. immutare em̄ totuz p cōsequēs immutatur. Duas igit patiuntur immutationes mēbra quecunq; ab estimatione mutantur siue ab accidentibus anim⁹: quarum vna est alterari fm qualitates. Alia vero est immutari fm opationes

De effectibus cāris ab estimatione.

Licet interdū altera istarū sit tm̄ in aliquib⁹ manifesta q̄s q̄s fo vtraq; et vt sit clarior doctrina ponatur generaliter exēplū in corde. Supponatur em̄ q̄ forma per estimationē appreh̄ēsa fm exigētiā sui cor faciat moueri localiter: vt q̄ sub rōne cōferētis apprehēditur dilatādo. Que fo sub ratione oppositi cōstringendo. Tūc vlterius est sciendum q̄ alteratio cordis in qualibet eius passiōe partim precedit. Partim vero sequit illos motus. Cū em̄ operatio membri alicuius nō mutetur a solito cursu nisi ꝓpter mutationē facta in ipso mēbro: necesse est quotiēscunq; mouetur cor aliqualiter ꝓter solitum: vt primo alteretur qualitatib⁹ illis quibus maxime disponitur ad hmōi motus locales. Hec fo sunt caliditas ⁊ frigiditas. illa nāq; p se principium est dilatatiōis: hec aūt cōstrictionis. Si ergo dilatatio vel constrictio mutet a solito cursu. Necesse est primo cor calescere vel infrigidari. Et hoc intendit philosophus q̄n dicit q̄ alteratis organis motus fit aliquo modo. Hoc aūt qualiter cōtingat nō est medici perscrutari: sed sufficit ei credere q̄ hec alteratio ꝓuenit a duob⁹ principiis. Primo quidē a vi specie cōcepte. Nā vt ait philosoph⁹ tales spēs vim habēt alterandi ꝓportionaliter rei cuius existit imago: vt species ignis calefaciēdi. ⁊ species nius infrigidādi. Species aūt viuendi viuificandi ⁊ per cōsequēs calefaciendi. Species autē mortui vel mortificati mortificādi ⁊ per cōsequens infrigidādi. Si vero ꝯcurrant species rerū oppositarū virū manifestabit solū impressio dominātis. s. illius ad quā imaginatio vel estimatio figit: vel si ex igne aliquis mot cōceperit. multo plus species mouētis infrigidabit q̄s calefacere posset species ignis. Secūda causa est: q̄a cum inter cetera corpis animati spiritus promptissimus sit moueri. Primo quidē in corde mouet localiter. s. expansione ⁊ retractione spiritus radicalis seu cōplātatus: vt ait philosoph⁹. hic em̄ cū sit de essentia organi corporalia ꝓtinus imediate quo moto ꝑ ter solitū exit apprehensi cor alterat. ⁊ simili modo mouetur localr. Nā retracto spiritu predicto inter cordis substantiā cor infrigidat atq; constringit. Expāso vero per eādem calefit ⁊ dilatatur. Ad motū aūt cordis ꝓportionaliter seqūtur motus spūs fluentis ⁊ tandē humoꝝ. nam sanguis sequitur motū spirituū ex quoꝝ fluxu ⁊ refluxu ad cor oritur alteratio q̄ sequitur motū cordis. nō em̄ est possibile q̄ alteratio q̄ causatur ex accessu ⁊ recessu spūs fluētis precedat motū cordis in accidentibus animi. cum naturaliter motus cordis precedat gñationez ipsius. Rursus q̄s nutrimētalis humiditas in dilatione mēbri ꝓpik et per cōstrictionem exprimitur: inde per hos motus aduenit cordi mutatio in humiditate ⁊ siccitate ꝓter humiditatem ⁊ siccitatē q̄ frigiditas ⁊ caliditas introducūt. ꝓportionabiliter aūt in ceteris mēbris erit iudiciū simile. His ergo ꝑspectis in generali tam specialiter cōtemplandū est qualiter immutet vnūquodq; ꝑdictoꝝ accidētiū cor ⁊ corpus. Scīē dū est igitur q̄ in gaudio puro cor dilatatur: ⁊ naturalis calor aut spiritus quasi ad exteriora diffunditur. non em̄ credendum est vt in ipso natura spūs ⁊ calorem emittat a corpore sicut vulgares medici somniant. Nā vniuscuiusq; corporis natura siu subiecti cōseruationē intēdit. Corpus autem animati naturali calore ⁊ spiritu conseruatur ⁊ ꝓficat. Unde stultum est opinari q̄ ipa q̄ā eterna sapientia limitauit in regimine corporis thesaurū sue perfectionis conetur effundere. Sed cum apprehensum rōnem habeat cōferentis ⁊ delectabilis mouetur primū mobile corporis ⁊ per cōsequens cetera proportionaliter fm formam occurrendi ⁊ appropinquandi rei: que talis extimatur videlz dilatatione et extensione. quapropter natura intenta preparare corporis partes ad delectabilē extensionem specialiter organa sensus ⁊ motus influit abūdanter eisdē a corde naturalem claritatem ⁊ spiritus quibus ⁊ membra huiusmodi delectantur ⁊ extēdūtur. Sanguis quoq; purus in tali apprehensione ad cor mouet ⁊ ad cetera membra. tum q̄ solum est cōueniens humor ad delectabilē extensionem. tum etiam per restaurationē spirituū in corde: cuz ex diffusione ipsoꝝ euacuetur. ¶ Quoniaz igitur mēbra humiditate pueri sanguinis imbuūtur dilatatione ꝓparāte capacitatem ⁊ copiosis infunduntur spiritibus: ideo per se gaudiuz moderatum et impinguare et digestiuaz confortare censetur.

immoderatum

immoderatū vero p accidēs sicut nimio motu exultationis vl' postpositiōe cibi causat interdū oppositū. Rursus vero quontā in gaudio vel delitijs nō fit mot' ad pellendum apprehensum: sed ad cōquiescendum in eo ⁊ recipiendū dilectabile. ideo mot' spirituū ad exteriora nō est impetuosus et subit': quontā suauitati atq; delectationi repugnat: sed lenis est ⁊ suauis ⁊ paulatinus. lenis quidē ꝓpter temperiem eius quod mouetur scilicet spirit' quē nulla cholera inflāmauit sicut ira. Paulatinus aūt ꝓpter finē predictum. Jā igitur ex his patet q̄ quia cor abundanter influēdo ceteris ⁊ maxime supradictis seipsum manit: ideo dicuntur in gaudio interiora frigescere ⁊ exteriora calescere temperato seu naturali calore: sed tamē verū est q̄ a toto fit resolutio multa spirituum q̄n ab organis dilatatis ⁊ quasi aptis faciliter spirāt: ⁊ hec est vna de causis ꝓpter quas debilitat vires delectatio ꝓtracta seu gaudiū. ¶ Patet etiā ex predictis q̄ omni gaudio: sez tam moderato q̄ immoderato cōmunis effectus est infrigidare paulatim cor ⁊ ipsum etiam dilatare. si tamē fuerit immoderatū possibile est vt infrigidatio cordis ⁊ dilatatio syncopim aut mortē inducāt. Jnanito enim corde spiritibus ⁊ naturali calore syncopis introducitur. corrupta vero naturali cōplexione cordis aut cōpositione mortis necessario sequitur. Hec aūt maxime conueniunt habētibus cor marciduz ⁊ paucitatem sanguinis et spirituum velut in senibus ⁊ decrepitis atq; cōualescentibus quādo magnum ac vehemens delectabile percipiunt subito. Nā intantū cor dilatatur: vt ille modicus thesaur' caloris naturalis ⁊ spirituum exhalādo celeriter resoluat: q̄ cū substantialis hūiditas cordis in eis ꝓ senectute vel longa egritudine sit valde cōsumpta: nequit in eo vitifica complexio aliquādiu seruari sine beneficio fluētio caloris ⁊ humiditatis: quod a spiritib' datur et sanguine: sicut in plāris arefactis ⁊ tabescētibus ꝓ vetustate: quapropter cum cor ꝓ sui debilitate nō possit reparare deperditū cooperante pauperie sanguinis amittit id paruz q̄d de tota lantitudine vitifice cōplexionis sibi remāserat. ⁊ ideo nō soluz ad tempus cessat a manifestis operibus vite sicut est in syncopi: sed totaliter vita pūnat. potest etiā in simili casu ꝓ nimia delectatiōe ⁊ immoderato gaudio solui ⁊ rūpi solutio cordis vt cōpertum est in quibusdā. ¶ Tristitia ꝓ quē opponit gaudio corpus immutat opposito modo: nō tamen calefacit interiora. Est enim obiectū tristitie malum ꝓpium siue sit existēs siue etiam sit apparens: aut putatiuum sicut accidit inuidis qui bonū alterius malū proprium esse putāt: ⁊ quocūq; modo sit semper percipitur sub ratione damni vel damnum causantis. quoniā est de bono amisso quod est dānum vel malum presens siue cōtinuētū ⁊ in hoc differt a malo q̄ est ꝓpue timoris obiectum. Haz hoc habet rationem periculi vel vite periclū inferētis qualia sunt terribilia propter: quia mortez minantur vel aliq̄ malum: quod est via in mortem. Unde omne terribile dicitur per relationem ad mortem que est omniuz terribiliū vltimuz. Differt aūt ab eo quantum ad modum cōcipiendi. nam in tristitia cōcipitur maluz sine spe fugiēdi: quia concipitur vt cōiunctum. ⁊ ideo tristitiam non comitatur appetitus fugiendi: sed in timore: q̄ ꝓcipitur adhuc vt separatuz propinquū vel longinquuz. Jdeo appetitum excitat fugiēdi fm plus ⁊ min⁹. In ira vero cōcipit cum spe repellendi quontam concipitur vt illatum a minori vel etiā pari. et propter hoc iram concomitatur appetitus vindicte. Cum igitur in tristitia concipiatur malum sine aliqua spe vitandi fugiendo vel repellendo seu impugnando: simplex odiū illius causatur in animo. Propterea ꝓceptus est paulatim ⁊ absq; impetu cor ꝓstringit. Et ideo prohibet in eo sufficiētem generationem spirituum ⁊ per consequens sufficientem diffusionem eorum et sanguinis in ceteris membris. Et ideirco non solum exteriora: sed etiaz interiora infrigidantur maxime cum cetera membra cordis imitentur constrictiones. Cum igitur per eandem non solum prohibeatur in corde ac membris ceteris receptio nutrimēti: sz etiam causet recepti impressio. Proinde tristitia vehemēter cricat cor ⁊ cetera membra: maxime cuz diminutio spirituum ⁊ frigiditas introducta prohibeat nutrimenti cōcoctionem. Ad frigiditatem autem ⁊ sic. membrorum sequitur ingrossatio sanguinis: que nō modicū ꝓhibet membra sufficiēter nutriri: ⁊ melācholie multiplicatio. Extricat aūt tristitia fortius q̄ infrigidat. q̄n per se nō infrigidat nisi solū vnico modo. i. ꝓhibēdo generationē sufficientē spūum. Extricat aūt plurib' modis. s. ꝓhibēdo receptionē alimēti ⁊ exp̄mēdo receptū. ⁊ item coarctatiōe fumoz q̄ rōne ꝓclusionis supcalescūt ⁊ acuunt: q̄bus oīb' ꝓcurrēt' ethicā tristitia causat celerrime: talē etiā fumoz ꝓclusio magnas generat exflatiōes i tristib': ex interuallis ꝓcessus ꝓpter cordis cōstrictionē. ¶ Ex p̄dictis igit iā p̄z rō ꝓpter quā consumptionē corpis ⁊ vigilias causat tristitia: p̄z et q̄ cuz sit ei' cā vel obiectū malū ꝓiunctū seu p̄ns plus aliis nocuus accidēt' grauat animū cū ex malo presenti ⁊ tā illato fortior fiat ipressio. ⁊ ideo etiā cōsequēter pl⁹ ceteris ledit corpus vt plurimū. ¶ Dicūt aūt accidētia absolute nociua illa q̄ ex natura speciei repugnāt vitali actioni. s. dilatationi moderate ipius cordis ⁊ diffusioni spūs ⁊ sanguis vitalis in mēbra sicut tristitia ⁊ timor et desperatio. Accidētia ꝓo q̄ fm speciē siue motionis nō repugnant actioni vitali non dicūtur absolute nociua: ꝛ fm qd. s. fm mensuram quādaz mot' cordis vt gaudiū ꝓpter immoderatā dilatationē. Jraꝓpter frequētiā mot' eius: et cum qua cōcantur vel sequunt eā. Nā in ipa ꝓtervehemētē appetitū vindicte cholericus sanguis mouet ad cor vt ipsum inflāmet ac spirit' ad audaciā inuadēdi: quo supcalefacto necesse est dilatari frequētius solito: ac totum corpus maxime circa exteriora cū impetu calefieri: cū spūs ad illas partes ex appetitu inuadēdi subito mouean'. cor etiā exiccatur ex frequētia sui motus ⁊ supcalefactione: ꝛ minus q̄ in tristitia. Jn timore quoq; sanguis ⁊ spūs a corde fugiūt ⁊ ipsum cor fortiter constringit atq; subito ꝓpter fortē ⁊ subitū fugiendi appetitū: quē parit spes euadendi: nec estimandū est vt tūc natura deleget ad cor spūs cū hoc repugnet desiderio fugiēdi immo vt ad hoc disponat ab eo recedāt. ⁊ huⁱ⁹ signū ē q̄n in timētib' cor tremit: vox ⁊ āhelit' minuunt vl' auferunt: ⁊ ipse etiā anhelitus rarus efficit: q̄ pculdubio causant ex diminuto calore circa regionē cordis. q̄ ꝓtz ex rationē cōceptus. malū esh in timore concipit vt repugnās vel corruptiuū nature. ⁊ p hoc differt a malo tristitie: q̄n illō cōcipitur cū imaginatiōe defectus virtutis: ꝛ in timore sanguis ⁊ spūs a corde fugunt: q̄ oino diffidit de ꝓpria virib' nō sperans se posse resistere: ꝛ imaginat vel estimat fugiendo se posse euadere. ⁊ ideo fm rationē conceptus calor ⁊ spiritus retrahūtur ab exterioꝛib' ad interiora: nō tamē versus cor: immo a corde ad inferiora mouentur sez versus intestina: tuz propter imaginationē defectus virtutis in corde: tū etiaz propter appetitū fugiendi taliter: vt nullo modo possit obuiare concepto malo. ⁊ ideo se profundant in mēbris que nec motu processiuo nec dilatationi se disponere possunt ad obuiādum terribili: qualia sunt mēbra que in inferioꝛi clibano cōtinētur. ꝓpterea testatur philosophus in libro de ꝓbleumatib'. q̄ in timentibus vēter dissoluitur dissolutiōe hu. facta circa intestina ꝓpter coarctationē cal. ⁊ spirituum in eisdē locis: disponit etiam ad defectiōnē spirituum eorū ingrossatio ⁊ grauedo: inā ad cordis cōstrictionem sequitur infrigidatio eius ⁊ totius corpis et diminuta generatione caloris atq; spirituum: intātum aūt vt in quibusdā extinguatur vel appropinquet extinctiōi. Jn dispositis etiā sicut in habētib' cor valde frigidum ⁊ inopes spiritibus innata complexione vel senio vel prolixa egritudine penitus extinguitur: ita q̄ ex vehemētia timoris in talibus syncopis ⁊ mors sequitur corrupta cordis ꝓpriōe vt supra dictum fuit in gaudio. ¶ Anguistia vero ⁊ verecūdia sunt passiones cordis: in quibus mouentur spiritus ⁊ humores ad oppositas partes scilicet nūc ad interiora nūc ad exteriora. Jn anguistia quidem qua partim tristitia qūo impartim ira laborat animus: ⁊ proinde consequenter: q̄ cor mutentur nimis laborat oppositis motibus nimium extricatur. ⁊ cuz corpus motu ire calescat celeriter post anguistiam introducitur ethica: maxime in dispositis. patet etiam cur ceteris anguistia plus vigilias excitet quod maxime fit quādo habet ortū exteriorem mali futuri. nam talem anguistiam concomitatur solicitudo virandi futurum malum. ⁊ per cōsequens vigiliarū instantiam. ⁊ etiam propter hanc rationem dixe-

Gaudiū sine debitū fm optimum modū impedit.

Ira tristitia lesionat corpus ⁊ timor.

Que accidētia animi absolute nociua dicātur.

Angustia ⁊ verecūdia

runt quidā q̄ tristitia de futuro facit hominem vigilare: t que de preterito facit dormire quoniam hoc sine solicitudine est t sine timore: t ita ꝓpter obiectū lesionis preteritum. Unde ꝓpter ꝓceptum euasionis a nocumento consolationem nō psuadet. ꝓpterea inquietātur spiritus t somnus inducit. ¶ In erubescentia quoq; seu verecūdia primo mouentur spiritus t san. ad interiora propter timorem veruz: q̄ timor in eis non est de malo repugnandi appetitui animali aut voluntati. Propterea statim cōcipit spes resistendi: t quidam motus tre cōtestim sequit ad oppositum mouendo: in vtraq; enim timet malum q̄ō est turpis opinio: sz in erubescētia in ipso actu presenti. In verecundia vero ex eo q̄ iam preterijt. t ex hoc ptz ratio ꝓpter quam timentes omnino pallescunt. Nam cū malū ab eis cōcipiat vt repugnās nature cū diffidentia resistēdi omnino sanguis t spiritus ad interiora retrahunt. t tunc natura ipsorum sequit motum vel conceptū animalē: sed in veredūdia concipitur vt repugnās tantū voluntati t nō nature. quapropter natura q̄ apparet intra mouet spūs: et sanguinem ministrat cum fiducia resistēdi. et iuxta hoc ꝓportionabiliter mouet instrumenta sua. s. versus partes illas que timore discolorantur t quasi mortificantur patētius: scz ad genas t partes vultus. ¶ Postq; autem sensui manifestū est sanguinē t spūs a quibusdā mēbris recedere: ad quedam vero accedere in accidentibus animi superfluum est medico perscrutari an sic moueantur pulsi ab alijs: aut fracti ab alijs: aut vtroq; modo: vel an sponte sic moueant obedientes imperio anime. Tales etenim cōsiderationes omnino sunt inutiles operi. t ideo tam dicta gratia introductionis sufficiāt.

Tristitia ō futuro facit vigilare: de ꝑterito dormire.

¶ Sed ex predictis elucescunt tam duo que cōsiderat medicus. Primū est q̄ diuersimode cor: moueatur in accidentibus animi. Nā in gaudio paulatim dilatat: t maxime versus anteriora. ꝓ q̄ō moueri dr a medicis versus pect⁹: in tristitia ꝯo paulatiz ecōtra. s. anteriora: maxime versus dorsum: in ira vero subito versus pect⁹: in timore subito ad oppositū: in verecūdia subito ad vtrūq; in angustia vero paulatim. ¶ Secūduz est ꝺ duos corporib⁹ ꝓsint aut noceāt: nā gaudiū moderatū oibus ꝓdest in cōseruatiōe sanitatis et etiā in curatiōe morboz infrigidātiū corpus t exiccātiuz. Tristitia vero nullis ꝓdesse pōt nisi quibus immoderatuz gaudium nocuit vel nocere timet. Ira vero tantūmodo ꝓdest illis corporib⁹ q̄bus nocet superflua frigiditas t hūiditas vt somnolētis t torpidis atq; stupidis t paralysim patientib⁹ aut torturā. Timor autē prodest quibus nocet aut timet nocere temeritas: sicut in his qui patiuntur furorem maniacū. Verecūdia vero ly plus prosit ad corrigēduz animi q̄ corpis vitia sicut arrogantiā: presumptionē t imprudentiam. tū confert ictericis t paludis ac discoloratis. nocet autem patientibus guttā rosaceam. Angustia vero generaliter cunctis corporibus physice per se nocet.

¶ De rebus non naturalibus secundarijs. et primo de quatuor temporibus anni. Cap. lxxvj.

RES nō naturales secūdarie sunt quecūq; immutant corpus sanabile mediantibus principalibus supradictis. quaz primā tpō esse superius diximus. Sumitur vero tpō a medico et ꝓ ptē anni t etiā pro parte diei naturalis vt pro die vel nocte: vl pro ptē diei t noctis: t quolibet mō tpō a medico dicatur semp immutare dicit corp⁹ p se q̄ immutat tpm mediante illa re que ꝓmo t imediate informat a ptē tpis vel quā impossibile est cuitare q̄ res aer est. Uñ immutatio corpis facta rōne tpis semp cōmitat immutationē q̄ fit ab aere.

Tempꝰ quorūcūq; mō sumptū immutat corpus.

Pedeuntes igitur ad predictam materiã petimus ab his qui predicte famulant opinioni: q ostendãt nobis q̃liter hũiditas ex spermate vel materia eius relicta in corpore generatus viuentis corpis põt tota duratione corpis in vita pati extẽsionẽ p oẽs ptes ei⁹. nã cũ his q̃ dicta sunt dubitam⁹ q̃ imaginatiõe hoc possit ꝟificari in plãtarũ insertionibus. videmus eñ q sagacitas rusticorũ: ⁊ etiã hoc Palladi⁹ iã ostẽdit: q perforat arbores ⁊ ramũ vel surculũ arboris alteri⁹ speciei ꝓpinque p dictũ foramẽ p̃dicte arboris trãsire faciunt elapsoq; tẽpore cũ predictus ramus quãlibet extremitatẽ p̃dicti foraminis sigillauerit rescindit ipsuz iuxta foramẽ ex pte radicis. ⁊ ps q̃ arbori affixa remanet vegetat ⁊ ꝓficit fructificando ꝟm exigẽtiã sue speciei. cũ ergo crescat ⁊ extendatur ⁊ ps illi⁹ rami põt per eundẽ modum similiter crescere ⁊ extẽdere in alia arbore sibi ꝓpinqua ꝟz seriem. ⁊ sic etiam vlterius spẽ remanente: tunc oportebit qd humidũ radicale a primo semine illius plãte contractũ extendat per omnẽ partẽ predicte plante insite alij per dictũ moduz: nõ eñ dici potest qd hu. radicale ex semine vel spermate alio recipiat. nam si ab alio deberet recipere humidũ radicale: tũc illud esset a planta cui inseritur: cuius cõtrariũ manifeste pz. quoniã non fructificat ꝟm exigẽtiã eius: sed poti⁹ illi⁹ a quo suscipit originem. ¶ Fuerũt aũt nõnulli qui volentes effugere incõuenientia supradicta et dictas etiã imaginationes intollerabiles dixerunt cũ predictis qd ꝟa hũiditas radicalis est que solũ ex generatione relinquitur ex materia spmatis: sed tñ illud humidum qd sic noiat spermaticũ non est necesse qd in omni pte corporis animati existat. cũ etiam hoc ꝓpter sui paucitatem nõ sit possibile. ꝫ cũ habeat rõnẽ formãtis sufficit solũ qd recipiatur in mẽbro: quod est p̃ncipiũ aliorũ. ita qd vniuersum hũidũ aliud informetur p ꝟtutẽ isti⁹ humidi existẽtis in primo mẽbro sicut corde. ita videlz qd omne humidũ qd subiectũ põt esse caloris viuifici: habeat hoc p informationem quam recipit a virtute dicti humidi radicalis: quod reperit in parte p̃ma corporis animati. ¶ Qd si sic fuerit: quẽadmodum isti dicunt multa incõuenientia videbũtur sequi: qm̃ tũc ꝟz eos nõ esset pars radicalis nisi vna in corpore animato: cuius contrarium tamẽ ipsi dicunt. Item etiam ex hoc sequeretur qd confluens et he partes que ex fluenti humido generantur possent in cõplexionibus mutari omnium aliarum partiũ a prima omnino: cum in illis cõplexio radicalis nõ sit. aut si dicerent illã eẽ ibi vterent equiuoce radicali cõplexione qd iterũ cõtra positionẽ eorũ est. ¶ Preterea cũ nõ viuant ptes corporis animati sine p̃sentia calidi viuifici. tũc qñ nõ reciperent a pte p̃ma bñficiũ dicti calidi oporteret statim partes illas nõ viuere. ⁊ ita in syncopizantibus alia membra a corde nõ viuerẽt: ꝫ solũ cor in quo est humidum radicale. ex quo oportet dicere: q ad min⁹ in longa syncopi mẽbra resurgerẽt maxime illa q̃ a corde magis distãt. ¶ Preterea seq̃retur ex dictis qd natura min⁹ solicita eẽt de pte p̃ncipali q̃ de alijs qd de natura nõ impedita nefas est dicere. nã cũ alie ptes a corde generent ab humido sanguineo: cor ꝟo ab hũiditate spmatica: tũc cõueniẽtius nutrimẽtũ ⁊ ꝓpinq̃us nature ipsoruz p̃pararet natura alijs mẽbris corporis q̃ substãtie cordis si san. cõis sit materia nutrimẽti cordi ⁊ alijs. nam cũ eisdẽ fiat nutritio ex q̃bus fit et gñatio oporteret dare qd natura p̃pararet humidũ spermaticũ ad nutritionẽ cordis. sicut humidũ viuificũ sanguineũ ad nutritionẽ aliorũ: qd nõ videt natura facere: q: deficeret in necessarijs ⁊ puerse oparet: cũ cordi nã ministraret nutrimẽtũ tãtũ cõueniẽs ⁊ cõforme quãtũ alijs mẽbris: aut si faciat natura qualiter faciat ostendãt. ¶ Qd si dicãt totã substantiam partis p̃me nõ esse constitutã ex humido radicali: ꝫ poti⁹ pars p̃ncipalis illi⁹ partis: aut qd in tota substãtia ei⁹ sit cũ sanguine ps materie: nõ tota materia: ita qd cordi voluit nõ deberi nutrimẽtũ nisi rõne ptis sanguinis: cũ solũ depditioni: ⁊ nõ alteri debet restauratio p nutrimẽtũ eo qd p ipos hu. radicale restaurari nõ possit. ¶ Tũc lz illud ostẽsum sciam⁹ nõ esse simpliciter verũ: miramur tñ q̃liter in his q̃ sepe ⁊ multũ febricitãt in quorum cordibus calor igneus seu febrilis nõ obediẽs aĩe frequẽter ⁊ fortiter operat: quomodo inquã illud radicale: si aliquã nõ recipit restaurationẽ: durat in tota vita illoꝝ: qui. lx. an. ⁊ ampli⁹ se extẽdit. ¶ Preterea si radicalis humiditas solũ in prima parte quẽadmodũ in corde reperiatur: ⁊ calor viuific⁹ in alijs nõ est mẽbris nisi inq̃tum a corde procedit: tũc videbitur vt arguit. G. qd in cõtinue febricitantibus in quib⁹ substantia cordis extraneo calore ignitur: alia mẽbra corporis nullã exercebunt operationem laudabilem nunc digestionis nũc expulsionis: aut cuiuslibet alterius. ⁊ sic in cõtinuis febribus: in quibus mala dispositio a corde nõ separatur: nec expulsio fieret materie febrilis: que continet alibi q̃ in corde: nec i stomacho digestio aut retẽtio aut i intestinis fecum expulsio aut vrine. ⁊ in mẽbris eius nũq̃ fieret vtilis corpori operatio. ⁊ sic p solam actionem nature nunq̃ contingeret aliquod corpus a fe. cõtinuo liberari. nam cum membra nõ exerceant actuz vite nisi a calore viuifico: quẽ ꝟm eos a corde solum recipiũt: quare cum a corde viuificũ nõ recipiant ꝟz q nature corporis ptinet: ꝫ potius igneũ: sequeretur qd dictũ est: q videlicet a fe. ꝯtinua. cum causa eius in mẽbris alijs a corde contineatur ⁊ continue cordi eius malaz dispositionẽ infundat: non liberabitur aliquis per solam actionem nature. Preterea si sola humiditas radicalis in parte p̃ma viuẽtis corpis reperit ⁊ p illi⁹ virtutẽ informat humidũ nutrimẽtale vel fluẽs ad vitã in alijs ptib⁹: tũc ostẽdãt nobis qualiter in incisiõe plantaꝝ: maxime in ea q̃ superi⁹ diximꝰ veniat informatio humidi radicalis a p̃ncipio primo ad ramũ insitũ cũ ei nõ continuet. nõ eñ dici potest q recipiat informationẽ ab arbore cui inserit. nã tunc ꝟm exigentiã illius speciei operaretur ⁊ nõ sui: qd tamẽ sensui falsuz ptz. q si dicat in arbore partẽ principalẽ nõ esse radicem: sed potius medulam: q̃ loco cordis in aĩalibus vicem gerit. lz illud verum nõ sit: tñ nihilomin⁹ redibit admiratio supradicta: quomodo vcz in ficulnea siue piro humiditas spermatica grani vel seminis sufficiat extendi sine corruptione sui per vniuersaz medulam corporis: plante: trunci videlz ⁊ ramorum ⁊ radicũ similiter ⁊ partium eius.

Dubiuz de plantis insertis.

Solutio quorundã.

Contra illã.

Solutio.

Cõtra.

¶ Quid sit hu. radicale. Cap. iij.

Propter hoc igitur et similia sciẽdũ q in corporibus animatis multiplex humidũ reperitur. vnũ videlz qd continuans appellat: ⁊ illud nõ cõuenit corpori animato nec partibus eius inquãtuz animatũ existit: sed potius: inquantũ mixtũ. alia ꝟo sunt duo humida que ipsi conueniũt: inquantum viuum existit. vñ est q predictũ humidũ basis est ⁊ principium ad alia duo: q: corruptis his duobus sequẽtibus non sequitur corruptio primi: ꝫ poti⁹ econtra: quãobrẽ qñ corrũpitur ꝓportio duorum humidorũ ad corp⁹ animatũ q̃ ei debet iquãtũ viuẽs sequitur corruptio eius inquantũ viuẽs q̃ mors cõiter appellat. nec tñ sequitur corruptio eius ꝓut mixtum est. lz tñ ei solũ cõueniat vt est mixtũ: quantitas tñ ⁊ ꝓportio ei⁹ ad alia miscibilia accipit ꝟm ꝓportionẽ aĩati corpis vel ptis eius ad actũ aĩe: quẽ hz exercere p ipsum. ꝓpter hoc etiaz mixtio ⁊ quo ad quãtitatẽ miscibiliũ ⁊ quo ad apprehensionẽ ipsorũ variat in corporib⁹ viuẽtiũ. ⁊ ptib⁹ ipsoꝝ: quẽadmodũ alia ⁊ alia est quãtitas ⁊ apprehensiua miscibiliũ in corporibus animalium ⁊ plantarũ ⁊ in oculo ⁊ in lingua ⁊ in carne ⁊ in neruo ⁊ in alijs vt alibi ostensuz est. alia ꝟo humida duoq̃ viuẽti corpori cõueniunt vt est viuẽs in hoc conueniunt: q: cum viuenti corpori nõ cõueniant nisi ꝓut viuẽs est. oportet necessario q sint ambo viuifica. humidũ autem viuificum non existit nisi propterea solum q est subiectũ caloris viuifici q̃ inquãtum viuificus non existit: nisi q: instrumentaliter seruit anime ad actiones vite exercendas in corpore aĩato. ex hoc ergo tantũ habetur q omne humidum conueniẽs viuenti ⁊ corpi inquãtũ tale habeat esse in ipso subiectũ caloris viuifici. tale autẽ nõ est in gñe nisi duplex: aut videlz in generatione acceptũ aut acq̃sitũ corpore generato. ex quo oportet necessario q quẽadmodũ generatio p̃cedit gñatuz. sic etiã humidũ qd in generatione

Triplex humidũ in viuente.

Humidum viuificum duplex.

tione acquiritur sic alteroꝑ ius erit. Et exinde etiã erit cũ corꝑe generato ⁊ nõ acquirit humidũ qõ ꝓssit esse subm caloris viuifici nisi ꝑ virtutẽ ⁊ actionẽ ipsi⁹ caloris instrumẽtaliter agẽtis informari ꝑ humidũ in quo quẽadmodũ esse quãtitatẽ vel quantũ ad esse subsistere in quo precedit alias preexistit necessariũ est ꝑ illud humidũ in quo existit primo exercẽs operationes vite in corꝑe aiato fit radix et fundamẽtũ primũ informãdi calidum vt subm ad seruiẽdũ anime in vite operatiõibus exercẽdis. quare inter predicta humida duo viuifica solũ idem primũ notabiliter vocabitur humidũ radicale. scdz ho supueniens vel nutrimẽtale vocabit vel fluẽs. ¶ Ex ꝓdictis igit̃ ꝫ inferre q̃ humidũ radicale est in viuẽtibus corꝑibus illud quod in ipsis ⁊ eoꝝ partibus est primũ subm calidi eis debitis ꝑm exigẽtiã sui viuere siue actionũ vite quas anima in eis exercet. humidum radicale.

¶ Patet etiã ex predictis q̃ tale humidũ qõ subm est calidi supradicti: cõceditur solũ viuẽti corꝑi ⁊ partibus eius in generatiõe seu ꝓma fabricatiõe ipsoꝝ. ⁊ iterũ etiã cũ nõ sufficiẽs sit humidũ solũ ex materia spermatis acceptum: vt supius est ostẽsum: ad oẽm partẽ corꝑis necessario relinquit̃ tanq̃ informãte ⁊ cõuertẽte ⁊ alio quocũq̃ materialiter viuẽte ad cõstitutionẽ viuẽtis corꝑis generek supradictũ hu. s. nutrimẽtale vel fluẽs ⁊ cõcedatur corꝑibus in generatiõe corꝑis aiati. ¶ Ex ꝓdictis etiaz ꝓz nõ ãre radicale vocak. vna. n. est q: radix est ⁊ fundamẽtũ primum caloris seruiẽtis aie instrumẽtaliter ad exercẽdũ vite act⁹ in corꝑe generato: ⁊ quẽ ꝓmus actus aie in corꝑus viuẽtis ꝑ modum habitus exercetur. alia ho est: quia est radix et principiũ post animam informationis humidi nutrimẽtalis per hoc quod est subm calidi anime seruientis.

¶ Tracta. scdus: cui⁹ capitula sunt q̃tuor. De rõnib⁹ q̃bus videtur ostẽdi q̃ hu. radicale nõ restauratur ꝑm veritatez.

QDst predicta ho inuestigãdum est vtrum hoc humidum qõ supradictum est restauretur in nutriẽtibus per actũ nutritiõis. hoc. n. dubiũ magnum est ꝓpter rõnes quotidiã philosophantiũ qui sermones medicorũ plegẽtes: nõ tñ apprehẽdẽtes intentiões eorũ inquãtũ fuerũt medici: dixerũt q̃ impossibile sit oino predictum humidum restaurari ꝑm veritatẽ per actum nutritiõis: afferẽtes ad hoc ratiões q̃ plurimas q̃ vident̃ iso lubiles eis penitus. ¶ Dicunt em̃ q̃ si supradictũ humidũ restauraretur ꝑm veritatẽ sequeretur tunc q̃ aliqs corꝑum pentib⁹ circunscriptis corꝑ animatum perpetuo viueret. nam cum virt⁹ duret durante subiecto in quo habet esse ⁊ crescat etiam eo crescente tunc sequeretur q̃ virt⁹ calidi viuifici fundati i ꝓdicto humido duraret ꝓpetuo. cũ ergo viuẽtib⁹ nõ cõtingat mors a parte intrinseca nisi ratione corruptiõis calidi viuifici: sequit̃ q̃ animatum corꝑ ꝓpetuo viueret illo ꝓpetuo durãte. ¶ Itẽ ẽt videt eis ex hiis cõcludi posse inconueniẽs maius. nã cũ viuere sit esse corꝑis viuẽtis ⁊ durationis: si animatũ corꝑus aliquo mõ semp viuere possit semp etiam durabit. q̃ aũt semp durat nunq̃ corrũpit̃. q̃ aũt nũq̃ corrũpit̃ icorruptibile ẽ. seq̃tur ergo q̃ corꝑ viuẽs inquãtũ tale poterit esse icorruptibile: sed ipsum etiã ꝑm q̃ est ꝑ viã gñationis m̃ esse ꝓductũ est corruptibile ꝑ naturaz sui. sequit̃ ergo q̃ corruptibile esset incorruptibile: q̃ tñ nõ solũ genere: sz ẽt spẽ sunt differẽtia: quẽadmodũ in scia de causa causarũ. s. in lib. meta. ostẽsuz est. nã in. x. meta. dicit pha corruptibile ⁊ icorruptibile pl⁹ differũt q̃ genere: quod cũ sit impossibile similiter primũ erit. ¶ Itẽ si ꝓdictũ humidũ taliter restaurek in ꝓcessu tẽporis ꝑm longitudinẽ durationis vite: ita q̃ predictũ humidũ possit illud fieri ꝑm numerũ. sequitur q̃ vna forma ꝑm numerũ diuersis numero subiectis possit esse perfectio: qõ tamẽ a sapientib⁹ relinquitur oino esse improbatũ. ¶ Itẽ arguitur planius ex sermonibus medicorũ dicentiũ q̃ mẽbra ex radicali humido gñata si deperdãtur generari non possunt cui⁹ aliã causam videre nequeũt nisi q̃ hu. radicale deperditũ restaurari nõ potest. ¶ Itẽ si possit restaurari nõ videbit̃ esse verũ qõ primo de generatione tradit. vez q̃ in nutritione ⁊ augmẽtatione oportet membrũ ꝑm speciem existere in quo tanq̃ in vase receptũ superueniẽs humidũ transmutetur ad speciẽ preexistentis mẽbri. qõ aũt facit mẽbrũ peristere in spẽ viuẽtis ⁊ exercẽtis vite actionẽ nõ videt esse nisi hu. radi. si illud igit̃ deꝑdak ⁊ desinat seu desinat nõ in spẽ remanebit mẽbrũ. ex quo vlteri⁹ infertur q̃ nec nutritio fieret nec augmẽtũ manẽte ypothesi supradicta. ¶ Itẽ si restauraret fieret hoc ꝑtim ꝑ tpe quo ꝑtes existũt ꝑfectiores. hoc aũt est qñ corꝑ ꝑfectũ existit. s. i ꝑfecta etate iuuẽtutis: ꝫ tũc min⁹ fit qõ ꝓz: q: corꝑ magis icipit deficere q̃ ꝓficere. alꝫ corꝑ icipit magnificare ergo min⁹ in succedẽtib⁹ etatib⁹ in qb⁹ ꝑtes imperfecte sunt ꝓpter imperfectionẽ: immo veri⁹ corrupte organoꝝ. Nõ ergo fit ꝑm istos eius restauratio ꝑ nutritionẽ ꝑm veritatẽ: ꝫ solũ ꝑm apparẽtiã dicẽtes q̃ nutrimẽtale humidũ nõ cõuertit̃ vere et ꝓfecte in similitudinẽ ꝓcedẽtis: ꝫ appropinquat ad illud ⁊ impedit cõsumptionẽ illius ꝑ hoc q̃ efficitur subiectũ ⁊ materia calidi viuifici taliter q̃ nisi ita fieret calor naturalis finiret ⁊ depasceret valde cito humidũ radicale ꝓpter sui paucitatẽ dicẽtes hoc fieri recte sicut in lãpade. ibi em̃ ꝓpiũ ⁊ immediatũ subiectũ calidi est humiditas lichini: quã de facili cõsumeret calor igneus nisi hoc impediret humiditas olei: que tamen humiditas olei non restaurat ꝑm veritatẽ humiditatem lichini: sed solũ impedit citam eius consumptionẽ distrahendo calorẽ virtutis ignei ad aliẽnã materiam. his igitur ⁊ talibus rationibus detinetur intellectus eoꝝ qui negant restaurationẽ humidi radicalis ꝑm veritatem fieri.

¶ De rationibus in contrarium q̃ scz humidũ radicale restauretur secundum veritatem. Cap. ij.

SApientibus autem ⁊ in his q̃ in pscrutatione rerũ naturaliũ sunt experti: sensui ⁊ rõni fallacib⁹ imaginationib⁹ penit⁹ abiectis inuitẽtib⁹ videre cõtrariũ supradictis asserẽtes q̃ hu. radicale sumptũ vt superius est expressum tã modice quãtitatis est q̃ tota duratiõe corꝑis aiati non sufficiat ad actionem vite in multis maxime ⁊ immensis partibus corꝑis supradicti nisi augmentarek. augmentum autem eis non fit nisi ꝑm speciẽ. ergo opz q̃ ꝓdictuz humidum in sua substãtia augmẽtek. nõ aũt fit augmẽtũ isto mõ in corꝑibus aiatis nisi augẽs transeat in speciẽ augmẽtati: ꝫ hoc nõ fit nisi per actionẽ nutrientis: q̃ assimulat ⁊ trãsformat nutriẽs cũ specie nutriti ⁊ augmẽtati. opz ergo q̃ augmẽtatio ꝓdicti hu. fiat ⁊ etiã cõpleatur per famulatũ nutrientis virtutis ad augmentatiuã. ergo cũ ꝓdictũ humidũ sit in cõtinua deperditiõe. ergo cũ augmentatiua opatur si nutritiua põt conuertere ẽtum augmentatiua rectit ad maius deꝑdito: multoforti⁹ poterit ꝓuertere ad eq̃le vel minus. ex quo rationabiliter cõcludit̃ q̃ nutritiua poterit restaurare in toto vel in parte deperditum humidi radicalis. ¶ Q: autem humidum radicale ꝑm q̃ supri⁹ est acceptum sufficere nõ possit ad vitã in tota duratione corꝑis viuentis ⁊ oibus partibus eius: similiter probatur per ea q̃ sensui offeruntur. visum enim est ⁊ iam Aristo. recitauit: q̃ in aborsu masculoꝝ embrionum humani corꝑis facto in. lx. dieb⁹ a ꝯceptu vel circiter apparet creatura formata ad quãtitatẽ vnius magne formice ꝑm distinctionem omnium membroꝝ exterioꝝ tantum: etiam addens q̃ veretrum ⁊ oculi ad cõparationem formate stature totius sint valde magna: in quo corꝑe opz q̃ formationes exterioꝝ membroruꝫ precesserit formatio interioꝝ: quemadmodum ipsemet verificat ibidem. nos etiaz iam vidim⁹ aborsum ad quantitatẽ minimi digiti perfecte formatũ: de ꝓdictis aũt aborsibus tam dixit Arist. q̃ cũ recenter a vulua exeunt dilatãtur ⁊ cõstringunt manifestius. q̃ ꝓz constrictio si pũgãtur. que viuẽtia erunt: que unquã oia manifestius patẽt sensui si debita fiat obseruãtia circa dicta: vt delz si aborsus recipiak in aqua clara ⁊ fri. ⁊ scindatur pellicula qua circũuoluitur creatura. de quibus omnib⁹ iam copiose exẽpla expressim⁹ hyppo. ⁊. G. eius expolito: tractauerũt: q: etiã hoc obstetricibus apparet: nõ curamus amplius affirmare: sed dicimus ex ꝓdictis q̃ cũ sit tã modica quantitas embrionis formati perfecte ⁊ viuentis humidi q̃ in eo exist̃it subiectum caloris viuifici. immo si tota embrio trãsiret in humidum supradictum non sufficeret siue ho augmento viuificare oẽs partes perfecte humani cor-

Prima ratio.

Secũda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Quod hũiduz radicale non possit in tota vita necin omnib⁹ mẽbris sufficere.

potus in tota duratiõe ei⁹ nec aliqs sane mẽtis hoc valebit asserere: imo ex hmõi assertõe ridebũt oes ĩtolerabile et stolidissime imaginatiões qs supius dixim⁹ de extẽsiõe hũidi radicalis p ptes viuẽtis corpis. sicr ẽt ly rõcinari ĩ plãtarũ corpoibus. videm⁹ em in illis ad sensum q planta tam gñata in pncipio sui valde modice et quasi incõparabilis quãtitatis est ꝓparatiõe ꝯ tractis pfecte quã post modũ attingit vbi null⁹ asserere põt q plãtula q ꝯ si sicut embrio existit si verterek in humidũ nedũ ei⁹ humiditas sufficeret toto tpe duratiõis sustinere calois naturalis actionẽ cõtinuã quãcũq quolibet nomiẽto tpis imaginek qs modicũ cõsumi et etiã per oes partes eius sine corruptione extẽdi sufficiẽter maxime in incisionibus in quibus superius fecimus mentionẽ. ly em q in momẽto consumek de tali humido diceretur insensibilis quãtitatis esse: tñ ꝑm multitudinẽ momẽtoũ efficeret sensibile. vnde si totũ tẽpus duratiõis talis viuentiũ corpoꝝ in momẽto resolueretur: et illud humidũ exiguũ radicale diuideretur in partes proportionabiliter respondẽtes numero momentoum sensibilis quãtitatis cõsumptionis inueniretur ipsum nõ posse sufficere actioni calidi in tota duratione. ullam ꝯo resolutionẽ potest facere intellectus medici sine deceptiõe et in tpe et in humido similiter ꝓparationẽ partiũ humidi ad ptes tpis mẽsuratis cõsumptionẽ. namq et si nõ posset eã facere ꝑm exquisitã et pcisam ꝯtitatẽ partiũ illoꝝ cõparabiliũ. põt tñ aliquis supponere p qđ concludo vt supius q nõ decipiek qz nõ põt diminuere quantitatẽ sensibilem cõsumptibilem et augmentare quãtitatẽ tempois tantum: qz et sensus et imaginatio et ratio cõis virt⁹ cognitiua cuiuslibet sani hominis stabit in illo: ideo et adhuc cũ toto illo: nihilominꝰ sequik cõclusio supradicta q videlz tã modicũ hu. nõ sufficeret sustinere actionẽ ꝓtinuã calois naturalis tota duratione corporis animati postꝯ superuentes humiditas nõ impedit: quin cõtinue calo: naturalis agat in eo. ꝯre oz q restaurarek. ¶ Uerificãt hoc nihilominus ꝓdicti sapiẽtes per naturã ipsius actus nutritionis acceptã ab eo cui p se debetur. dicũt. n. q nutritio: quẽadmodũ Arist. ostẽdit: est actus anime vel potẽtie eius p se et nõ corpis. nõ. n. inuenik in aliquo corpore q nõ sit animatũ et etiã illud in quo ꝑmitius inuenik animatũ existit. quãobrẽ necessario sequik q anime debeak primo et p se. corpori ꝯo nequaq nisi per animã vel eius potentiã. vnde est etiã q errauerunt dicentes sicut empedocles q esset actio virtutis corpis alicui⁹ sicut calois ignei inquãtũ virtus est ignis. quorum error manifestatur per differentiã actionis calois ignei et calois q est causa ignei: inquãtũ calo: nutritionis: qm caliditas ignea ly imprimat speciẽ suã in alieno subiecto paulatim: tamẽ limitãdo ipsum nõ intrẽdit ad sni subiecti salutionem: sz potius ipsius cõsumptionem. alia ꝯo vel potentia nutritiua ad saluationẽ sui subiecti laborat: cui⁹ subiecti corruptionẽ ignea caliditas inquãtum talis ꝓcurat. et hoc bene vidẽs Aristo. dixit q nutritiua est q est pncipiũ sui subiecti vel in se vel in suo tali: et ẽt ꝓpter hoc est. ex his ergo cõcludit q cũ corpus aiatũ pncipaliter corrũpak inquãtũ est animatũ ꝓpter actionẽ calois naturalis in humido radicali: put est virtus ignis vel eius retinet informationẽ animeve potẽtie nutritiue sic saluare subiectũ ad vite actiones exercendas p restaurationẽ deperditi: et hoc cõueniat ei per se: tunc anima inquãtum nutritiua principaliter obuiat illi corruptioni: q si non facit stabit otiosa: cũ nõ impediatur: et facit illud ꝓpter quod est q p se conuenit ei. hoc autẽ non conuenit ei vt ostensum est nisi assimilando humidũ nutrimẽtale supueniens ei quod preexistit. nec ꝑm veritatẽ dici potest q hoc faciat anima procurando humidũ nutrimẽtale. nisi ad hoc vt impediat actionẽ calidi in humido radicali: qz tũc faceret hoc p accns vt pote per virtutẽ humidi nutrimentalis: inquantũ ei emẽtum est vel habet virtutem elemẽti et dimitteret propriam actionẽ que ei per se cõuenit. Itẽ cum humidum nõ impediat actionẽ calois viuifici in predicto humido nisi prout ei quoquo modo cõtrariat et vita nõ stet nisi per actionem illius calidi in illo humido: tũc anima procurãt nulla agẽte necessitate actiones vite q eius est actio. ꝓpria impediri que oia intelligẽti absurda sunt. ¶ Quia tñ videbit aliq

Nutritio quid sit et cui debeak per se.

Opinio quoꝝ ũdam.

bus q aia cogerek per hunc modũ saluare subiectũ calidi viuifici: ꝓpterea q nõ habet ꝓuenientẽ materiã ad restauratiõnẽ radicale humidũ. ideo opz nos hic ostẽdere vtrũ habeat hoc veritatẽ. Dicũt em q materia ꝓuenies restaurationi humidi radicalis nõ est nisi sperma. tale aũt ly tpos nõ generak nisi in testiculis: q aut oportebit dare q a testiculis redũdet ad oia mẽbra vt restauret predictũ hu. qđ est inconueniens: aut cõcedek q nõ restauran põt quia anima nõ possit per restaurationẽ saluare. saluat vt põt cũ illud intẽdat: et illud est modo ꝓdicto. ¶ Quoꝝ opinioni ly superi⁹ obuiauerimus ostẽdẽdo sufficiẽter q humidũ radicale nõ absolute sumitur a materia spermatis. tamen paretⁱ⁹ volumus ignorãtiam istoꝝ detegere: qm manifesto caret fundamẽto philosophie naturalis: vñ dicim⁹ q materia siue humiditas spmatica q principiũ gñationis existit nõ ly rationẽ essendi principiũ gñationis. imo potius recipit eã in animato corpore in illis ptibus in qbus recipit virtutẽ et rõnez qua efficit vltimũ et imediatũ alimẽtũ vnuscuiusqs mẽbri. Hoc aũt nõ est in testiculis: ly sit hoc in vnoquoqs mẽbro p propriam virtutez digestiuaz ipsius. Hoc aũt eis ostendit rõne manifesta. Planũ em est quẽadmodum tam Aristo. docuit in libro de anima. q vnum et idẽ subiectũ. s. alimẽtũ sola rõne differẽs est ꝓpriũ et immediatũ nutriẽs et augẽs et generãs aiatum corp⁹ naturaliter. ly q: hoc sensui ptz nõ indiget ꝓbatione: ly etiam manifestus rõnib⁹ fulciatur. idem ꝯo et vnũ nõ põt esse subiectũ immediatũ diuersis ferẽtibus motibus cõmune. nisi sit p aliquã naturã cõem illis oĩb⁹. planũ aũt est q illa natura cõis in eo q trãsmutatur nõ potest esse nisi potẽtia passiua terminabilis immediate ad aliquẽ actũ cõez oĩbus illis trib⁹ motib⁹. ille aũt actus cois ad quez illi tres motus in animatis corporib⁹ tendũt vel terminãtur: nõ est nisi animati corporis substãtia. quãobrez ly diceretur q illa natura p quã alimẽtũ efficitur immediatũ subiectũ generationi nutritioni et augmẽto est potẽtia ꝓpinqua attingendi substantiã aiati corpis ad quẽ terminũ oĩs ꝓdicti motus inclinank. nã augmẽtũ vta est ad aliquã substãtiã aiati corpis: gñatio ꝯo ad talez nouã: nutritio ꝯo ad talẽ existẽtẽ. alio ergo materiale q potẽtia ꝓpinqua est subiectũ animati corporis vel animatũ corpus potest esse ꝓpter hãc potentiã subiectũ ꝓpinquũ in oĩbus motibus immediate tẽdẽtib⁹ ad hãc substantiã. tale aũt est alimẽtũ. et hec est ratio sicut sapientes dixerũt supra quã Aristo. fundauit dicta sua. et dixit in scõo de aia q idẽ est subiectũ alens: augens: et generans. Dicit em q idẽ est saluans et alimentatiuum et generationis factiuũ.

Contra illam.

Alimentũ est q possunt immediatam nutriẽ et augẽ et generãs aiatum corpus.

¶ Ex quo etiã viterius est videre vnde habet alimẽtũ illa potentia qua potest esse cõe obiectũ illis tribus aie potentijs. i. in quo agẽte et in qua parte corporis animati. nã cũ oẽm potentiã passiuã precedat aliqs actus sicut. ix. metaphysice ostẽditur: a quo actu manat illa potentia: que propinqua est et imediata. opz enim q alimẽtum recipiat hanc potẽtiã ab aliquo agẽte perfitiente: qđ sit cõe illis tribus. et itez cum illa potẽtia sit cõis ad illa: opz q loc⁹ in quo dat alimẽtũ illa potẽtia que ꝓpinqua est et immediata sit loc⁹ in quo alimentum moueatur ad suscipiendũ illã potentiã q nõ indiget nisi vno motore. illũ aũt agẽs actu perfitiẽs: qđ dat ei hanc potẽtiã: et q cõe agẽs est illis tribus actionibus vite nõ est nisi anima: locus aũt in quo aia operãs organitatẽ dat hanc potẽtiã. s. immediatã alimẽto nõ põt esse nisi locus in quo materia alimenti sufficiẽter passa est a dicto agẽte. s. anima: sufficiẽtia inquã tali q moueat acquirere supradictã potẽtiã. talis aũt loc⁹ ꝑz intelligẽti q nõ est nisi locus vltime operationis ale. hoc aũt est loc⁹ tertie distinctionis: sed illa est in quolz mẽbro: ergo alimẽtũ tertia preparatiõe ab vnoquoqs membro potest esse materia vel obiectum ꝓdictorum: ex quo habetur illud qđ Arist. tertio de animalibus docet. s. q si a residuo alimẽti vnius mẽbri ly marie pncipalis põt sperma qđ est pncipiũ gñatiõis deridi. et supra dictã rõnem fundat se ibi. ergo ex ꝓdictis habetur q humidũ qđ est principiũ generationis actiue. s. sperma qđ a mare decidit recipit potẽtiã gñationis ab aia tertia digestione operãte in quolibet mẽbro: ideo etiã qz ibi recipit potẽtiã immediatã nutriẽdi et augendi: ad q oia vna est potẽtia vt ostẽsuz est. nõ ergo a testiculis ly hoc. et hoc etiã confirmat

cõfirmat demonstratio Aristo. xv. de aialibus. vbi ostendit testiculoꝝ factura non esse necessariã nec ad saluationem individui in se: nec etiã in alio siue ad saluationẽ speciei. ſz solum facti sunt testiculi in his in quibus inueniunt ꝓpter vtilitatem ibidem ostensam. ergo ꝑz q̃ hũidũ seminale nõ est ꝓncipiũ gñationis ꝑ ꝓcipiũ vel potentiã quã recipit i testiculis: ſz potius in tertia digestione mẽbroꝝ ꝛre relinq̃tur manifestum ex dictis q̃ nulla est rõ supradicte opinionis sumpta a testiculis: quã putabãt locum generationis esse humidi radicalis: nũc cogitur per illã intellectus alicuius sapientis. his ergo nõ obstãtibus concedendum est q̃ per nutritionem humidum radicale restauratur.

¶ Quomodo soluũtur rationes supradicte scilicet q̃nõ restaurantur. Cap. iij.

Ad pri-mã ra-tionem

RAtiones vero supradictas in contrariũ reputamus deluſiones sophisticas pueroꝝ sola imaginatione naturalia scire viuentiũ ⁊ non dicta apprehendẽtiũ essentias rerũ ⁊ naturas ipsorum experientijs intentũ. ¶ Prima nãq; rõ peccat ꝑ ꝓhõ cõcludẽdo ex indefinita vlem sic. principiũ vite restaurat. ergo sẽper durat vita. semper ei durare nõ seq̃t nisi ad ſp restaurare: q; manifeste insinuãt se intelligere ꝑ restaurari semꝑ restauraꝛi. Hoc aũt sapiẽtes sciẽtes esse restaurationẽ nõ intelligũt. immo volũt q̃ restaurationi certa mẽsura tꝑis debeat: ⁊ q̃ in restauratione cadat ista diuersitas. ſ. q; tꝑe creꝺ mẽti plus restauraret q̃ꝫ deperdat: tꝑe vero ꝑfectionis tñ post ꝓ tꝑis cremẽti ⁊ ꝑfectiõis min⁹ ꝓꝑ qõ ꝺz dicta restauratio terminari. cui⁹ rõ paulo post clari⁹ oſtendet. ¶ Ex q̃ ẽt ꝑz defect⁹ sequẽtis sophismatis qm i ꝯclusione ꝓcedẽte fundat mutatio oꝛis corruptibilis substãtie in ſcorruptibilẽ: nõ cõcludit nisi supponẽdo q̃ ſp fiat restauratio ꝓncipij vite: ⁊ ꝑ cõsequẽs duratio ei⁹. hoc aũt dixim⁹ esse falsum. ¶ Ter-

Ad ſecũ-dam ra-tionem.

Ad ter-tiam ra-tionem

tia ꝓ rõ imo veri⁹ ꝓnugatio duo ꝑtã ꝓmittit. vnũ ꝝz q̃ supponit q̃ nõdũ cõcessũ extitit. ſ. q̃ hũidũ totaliter deꝑdat. Posset em̃ dici q̃ cũ ampli⁹ restauret q̃ꝫ deꝑdat in cremẽti tꝑe agit calꝝ in his in tꝑe al⁹. in parte multitudis restaurãte ⁊ nõ in ꝑte residua radicalis. immo illa remanet in duratiõe tota corꝑis aiati ad informationẽ ſupueniẽtis: q; tñ ista rñsio fugã ꝛrit incõueniẽter. ⁊ nõ simplr explicat veritatẽ. sicut ꝑz subtiliter intuẽti. Iõ dicim⁹ supradictã rõnẽ alr peccare dato etiã q̃ cõcedaꝝ totũ hu. radicale in tota vita deꝑdi: ⁊ eius actor ex itẽsione loquaꝝ: mõstrat se ignorantẽ. cũ ꝓcedat ex falsis. suppont em̃ q̃ hu. radi. corꝑis aiati sit subm̃ aie aũt apud sapiẽtes ⁊ etiã apud alios falsuꝝ est. Nã subm̃ aie corꝑus est organicũ physicũ ordinatũ ad vitã cuius organizationẽ tanq̃ materia humidũ cõtinuũ sufficiẽter acceptum sm̃ ꝓportionẽ quã superius dixim⁹. constat aũt ex supradictis q̃ in hãc humiditatem nõ agit ĩmediate ordinatione nature viuẽtis corꝑis calor viuificus. Hoc em̃ esset immediate ⁊ ꝑ se subiectũ corũpere: paruoq; tꝑe alia corruptione duraret corꝑora aiata ⁊ viuentiũ corꝑor: corruptio incineratio. esset. immo humidũ radicale subiectũ est calidi viuifica ⁊ per hoc etiã seruit instrumẽtaliter aie. Si ergo ipsum humidũ radicale totũ deꝑdatur in vita sequit. bñ q̃ subiectũ caloris viuifici efficiaꝝ aliud numero: quãdmodũ etiã calor ipse est subiectũ aie idẽ nũero ꝑ manet: quãdmodũ ipa aia. hoc aũt clari⁹ vidissent auctores opinionis supradicte. Si simile q̃ induxerũt ad ꝓpositũ de lucerna perfecta imaginatione formassent: vt q̃maginarie fingeret lichiniũ aiatum esse et ipsum esse subiectũ aie: ⁊ q̃ etiã calor igneus seruiẽs instrumẽtaliter lũi aie nõ ageret in humidum cõtinuans ipsius lichinij. sed potius inalio ab alio acquisito sibi in sua fabricatione. cũ videret q̃ in lichinio ſz cõsumeretur humidũ quod cõtinuãs non esset tñ remanet lichinium q̃ esset subiectum aie. ⁊ tandiu actiones aie exerceret ibi q̃diu posset cũ famulatu caliditatis restaurare q̃ de ꝑdicto hũido deperderet: ⁊ ita subiectum anime non efficeretur aliud in nũero: sed subiectũ caloris. ¶ Ex q̃ etiã ꝑz q̃ ꝑdictũ silr eo mõ quo ipsi induc̃t in ꝓposito est insufficies: nisi dicant hoc facere vt aliq̃ mõ sentiant q̃ addiscũt. ꝑz em̃ vnicuiq; q̃ deficit simile per hoc q̃ calor agit in humidũ cõtinuãs. ⁊ ideo etiã iam incineratur. et iterũ ibi aia nõ existit nec eius potẽtia. illõ aũt nõ est inconueniens q̃ si vnũ agens numero maxime quale est anima diuersis nũero instrumẽtis operet ⁊ diuersis specie illud faciat sicut neruo ⁊ osse ⁊c. qualr aũt alijs corũpẽtibus circũscriptis in potẽtia restaurationis humidi vnifici cũ tñ subiectũ aie nõ existat corruptionẽ inducat aliati corꝑis: inquãtũ viuens patere potent ex subscriptis.

Ad ꝙr-tã rõnẽ.

¶ Ad aliud aũt q̃ ex sermonibus medicoꝝ arguit dicim⁹ verũ esse q̃ sapiẽtes medicoꝝ quãdmodũ Gal. dicunt mẽbra humani corꝑis ex semie generata nõ restauraꝛi si deperdant. q̃ aũt exponunt predicti causam huius esse: q; ex hu. radicali generãtur: ⁊ imprudenter dictum est: ⁊ scimus prudentes medicoꝝ hoc non dixisse nos autem sermones medicinales Gal. perscrutati sumus in libro de spermate ⁊ in alijs locis: ⁊ scimus illã non fuisse intentionẽ eius immo ſm̃ q̃ ex doctrina eius collegimus in libro de fine medicine. ⁊ in libro de demõstrationib⁹ medicine: ⁊ in alijs libris in medicina: sermones sui in medicinalib⁹ accepti sũt ſm̃ q̃ medicinali speculationi cõueniunt: sufficit ad finem attingendũ in illa arte non aliter. non em̃ suscipit medicus perquirere vel etiã perscrutari verũ in passionibus ⁊ principijs corꝑis humani ſm̃ q̃ generabile ⁊ corruptibile est absolute: ſz potius ſm̃ q̃ sanabile est quapropter repiehẽsione dignus est et ignoratie testis quicũq; sit nouellus medicus qui de sermonibus sapientiũ medicorum iudicat ſz vniuersalẽ acceptionẽ naturalis perscrutationis: ⁊ tales nõ subtiles. immo potius rudissimi: ignorãtes iudicandi sunt. Cũ subtilitas ⁊ ingeniũ sit promptitudo cognitiua-rum virtũ ad inuentendũ vel cõprehendendum vez ſz existentiã vniuscuiusq; materie. iam em̃ aliter dicit Aristo. in

alias se minali

uestigari debere verũ in metha. aliter in theoricis ⁊ moralibus ⁊c. scimus em̃ q̃m hoc dictũ sc̃z q̃ membra ex humido ſpmatico alr seminali generata non restauraꝛi vel regenerãtur sufficiens est in medicina ⁊ conueniens. ⁊ si dicatur causa huius esse defectus materie ſm̃ autem perscrutationẽ naturalis philosophie nec sufficiens nec verũ est absolute sicut patet ex sciẽtia de principijs generationis animaliũ ⁊ scientia de etatibus. ⁊ ꝑz etiam ex predictis. nos autem intẽtiones medicorum sapientium circa particularia dicta nõ suscepimus hic exponere. In libro tñ quẽ in medicina fecimus de intẽtionibus medicorum: ad hoc aperuimus viã studẽtibus. hic autẽ q̃ꝫ ꝓposito sufficit explicare intẽdimus sc̃z rationem ꝓpter quã membra que medicus vocat ex semine generata nõ restauraꝛi deperdita. dicimus em̃ q̃ ſm̃ veritatẽ causa huius nõ est absolute defectus materie sed cũ effectus nõ deficiat nisi ꝓpter defectionẽ causarũ procul dubio necessarium est: q̃ si membrũ impediatur generari: qõ hoc fiat ꝓpter defectus alicuius aut pluriũ aut omnium causarum suarũ. ⁊ ſm̃ maiorem ⁊ minorẽ causarum defectum magis vel minus impedietur generatio membri vel partis. sunt autẽ cõcurrẽtes cause ad generationem partis corꝑoris animati ad min⁹ tres scilz materia sufficiẽs ⁊ ꝓportionalis: et virtus trãsmutãs eam: et locus in quo recepta materia trãsmutat. cõstat ergo qõ ꝓpter defectum cuiuslibet istarum impediatur mẽbri generatio vel partis animati corꝑoris. dicimus enim qõ causa ꝓpter quã neruus ⁊ os ⁊ pellicula nõ restauraꝛi est debilitas assimilatiue virtutis: ⁊ insufficiẽs loci capacitas: ⁊ quodãmodo defect⁹ materie. assimilatiua enim post perfectionis etatem deficit manifeste ꝓpter defectum caloris. quare tunc nedum restauraret quantitatem sensibilem deperditam. nõ etiã potest quod insensibiliter deperdetur restauraꝛi perfecte. tẽꝑe vero crementi ſz plus restauretur q̃ꝫ deperdatur. tamẽ illud plus nõ sufficit ad generationem deperdite partis: ⁊ ad perfectionẽ remanentis: aut valde parũ plus. quelibet enim pars nõ ducitur ad perfectã quãtitatẽ quam potest attingere per naturã nisi per operationem ꝓprie assimilatiue in materiã alimẽti ſm̃ ꝓportionem ⁊ exigentiam eius in qua virtus operatur: nec hoc fit nisi pars ad cuius perfectionẽ mouetur alimẽtum preexistat. tunc ergo si pars neruꝝ tẽꝑe crementi amittatur: cũ quelibet pars in corꝑe existẽs tantũ operetur principaliter ſm̃ ꝓportionẽ sui. tunc pars neruꝝ remanẽs in corꝑe operabitur ſm̃ sui exigentiam. ⁊ nõ eius que amissa est: quemadmodũ nec ꝓ illa operabatur

propter q̃d mẽbra sperma-tica non re-staurãt:

anteq̃ amitterek. immo illa ꝓportionabiliter et per se ex quo ꝑz q̃ remanẽs pars ꝛ si plus deperdito restauraret p propriã virtutẽ etiã tempore crementi. tamen illud non est nisi ꝓportionabile ad suam pfectionem. q̃ si plus sit q̃ illi perfectioni sufficiat: tam modicũ est illud. ls in aliquib⁹ sit minus q̃ in alijs: sicut statim ostẽdem⁹. illud tamen modicuz nõ sufficit ad perfectã restaurationẽ partis deperdite quia illud assimilãt mẽbro debilioris virtutis q̃ pars que assimulauerit. assimilãs em̃: q; habet innata naturalia fortis est assimilata autẽ: q; ex materia olno aliena facta est q̃ sui cõtrarietate resistebat transmutãti nõ tm̃ habet virtutis. ꝛ ita illa que in assimilãdo ꝛ restaurãdo vlterius deperditi residuuz deficit. Quapropter omnes etiaz tales ptes generate per viã restaurationis non sunt eiusdez virtutis ꝛ vigoris: quales fuerunt p̃cedẽtes aut quales sunt restaurãtes immo operatione illarũ debiliter minuunt ꝛ quo ad sensum: ꝛ motũ: ꝛ etiam ceteras actiones ls minus sensibiliter. quẽadmodũ experti medici narrãt de corporib⁹ humanis. ꝛ patet in caudis serpentum ꝛ lacertorum amissis quomodo alis. q̃ nõ restaurãtur et pedibus cancroz q̃ nõ pristinẽ quãtitatis sunt. hec aũt causa olb⁹ membris conuenies est que sumpta est ex operatiõe assimulatiue nõ sufficiẽtis ad talẽ ꝛ tantã restaurationẽ. ¶ Locus aũt nõ minus est causa ꝓpter sui defectũ. Cõstat em̃ q̃ mẽbra quanto solidiora ꝛ duriora sunt tãto minus extẽdi possunt ꝛ ꝓ cõsequẽs minus capere de eo q̃ transmittit ad ipa. ꝛ hoc ostendit operatio augmẽti qm̃ mẽbra nõ augmẽtant nisi dũ extendit possunt: ꝛ sufficienter recipe augens: ꝓpter q̃ etiã magnus Gal. dicit ꝛ alij sapiẽtes q̃ maiorem partem sue quãtitatis acquirit homo in ꝓmo septẽnio et pull⁹ eq in duobus primis annis ꝛ i ceteris alalibus ꝓportionabiliter. eo videlicet q̃ oẽs ptes corpis extẽ sibiliores sunt: ꝓcedẽte aũt tpe dato etiã q̃ alia circũscribank ꝓpter actionẽ caludi naturalis exticcank mẽbra et indurank. et per ꝓñs ipse calor naturalis: ls immediate agat i humido vuifico cũ tñ actualis sit: q; appropinquat ꝓtinuãti in ipso actualiter agit ꝛ ipsum diminuit. ls incõparabiliter valde modicũ sit cõparatione cõsumptionis vuifici: ꝓpter q̃s accidit in senectute corporib⁹ corrugatio ꝛ ptractio ad modũ carte expposite igni: ꝛ indurank organa ꝓpter hoc ꝛ ad vltimũ aie disꝓportionãt: q; aliqua causa mortis existit. Redeũtes ergo ad primũ dictũ q̃ mẽbra dura ꝛ solida fm̃ gradũ sue duricie magis ꝛ minus resistunt extẽtioni ꝛ dilatationi: ꝛ per ꝓsequẽs receptioni alimẽti. Ex quo sequit q̃ quãto mẽbra duriora erũt tanto minus fm̃ suaz duriciẽ de alimẽto recipient: quod etiã Gal. in medicina rememorauit in libro de rebus cõtra naturã. Membra autez que ex primis seminibus generank. quocũq; modo hic accipiãtur: q; de hoc hic nõ cõtendimus ad presens que inq̃ mẽbra multi medicoꝝ vocãt radicalia: cõstat esse duriora alijs q̃ ipsi vocant ex san. generata: sicut pinguedo. et illud quod ipsi fluentem carnẽ vocãt ad differẽtiam radicalis que alio nomine ab ipsis simplex appellatur. Hec etiaz Gal. verificauit secũda parte sui libri de cõplexionib⁹. vbi ostẽdit q̃ mẽbra in principio sue generationis sunt in vltimo humiditatis qua possunt esse: ꝛ deinde cõtinuo vsq; ad terminũ vite ficciora ꝛ duriora efficiunt. Ex quo reliquit q̃ radicalia solaz inquãtum radicalia cum duriora sint alijs minus recipiẽt de alimento. Hoc autem accidit vt dictũ est ꝓpter defectũ loci ꝛ capacitatis ipsorum mẽbrorum causatũ ab impotentia extensionis ꝛ dilatationis: que inquãtũ causa defectum materie cõstituit quodãmodo sicut superius tangebamus. Preter autẽ talẽ defectũ materie in quãtitate que per accidens causat vniuersaliter. Etiam defectus eius potest esse causa supradicti effectus: scilz si deficiet in proportione ꝛ cõuenientia quam debet habere ad membrũ. videmus enim cõuenientiam maiorem ad proportionem materie nutrimentalis ad corpus plante in eo esse causam: quodãmodo restaurationis partium deperditarum melius q̃ in animalibus ꝓpter quod minus distãt a nutura materie nutrimenti. ¶ Item iam narrauit doctissimus ypo. ꝛ Gal. eius expositor ꝛ alij sapiẽtes. q̃ vna causa propter quã animalia plus crescant ꝓportionabiliter in matrice et in tempore lactationis q̃ post est conformitas maioꝝ nutrientis materie scz sanguis menstrui vel lactis ad al. vel ad materiam generationis eius in illis temporibus quã post. Patet enim. san. menstruum ꝛ lac generari ꝛ preparari a calore in organis eiusdez corporis vel fm̃ speciem vel fm̃ naturam ex quo alis generabatur. alia autem mẽbra nutrientia nõ. Ex quibus ꝑz q̃ cũ san. qui cõmunis materia est nutrimenti membroꝝ conformior sit carni et pinguedini q̃ multis alijs membris radicalib⁹: immo omnibus preter epar ꝛ cor: tunc q̃tum est ex aptitudine materie maior conceditur potentia restaurationis carnis et pinguedinis. et quãtum est etiã ex hac causa cordi et epati. q̃ tamẽ impossibilis sit restauratio ptis deperdite in principalib⁹ vt corde ꝛ epate et etiam in cerebro nõ est ratiõe huius cause sed aliarũ pot⁹ supradictarum ꝛ alterius etiã q̃s non oportebit nos dicere scz si sufficiẽs in arte temporis. ratio valet: q; ante perit. al. ꝓpter deperditionez notabilis quãtitatis in magnitudine ꝓpter causas ex peritis medicis declaratas q̃s restauratio fieri possit. ¶ Ex gis ergo causis vel oĩbus vel aliq̃bus applicatis ad vnũq̃q; mẽbrũ cõuenienter habek sufficiẽs causa deficientis restauratiõis ptis manifeste deperdite in toto corpore de q̃bus medicus nõ cõsiderat nisi vnaz: q; sufficit ei ꝛ viterior prescrutatio nõ inuitat ipsuz in arte sua. q̃ qualiter sit ꝑz ex ꝓdictis in de intentiõe medicoꝝ subtiliter intuẽti. Presens aũ tractat⁹ cũ de medecina nõ sit intentiõis medicorum circa particularia dicta explicare dimittit. ꝑz nihilominus ex predictis q̃ rõ sumpta ex dictis medicoruz nullã efficatiam habet. nã ls pars deperdita manifeste non possit restaurari: q̃ magnũ est tamen. nõ tõ cõcludi potest quin restaurari possit q̃ minus est scz q̃ occulte ꝛ insensibiliter deperdek. ideo petiñ cõmittit ꝓsequentis. ¶ Nõ vero sumpta ex dictis Aristo. in de gñatione: nihil olno cõcludit apũ rationabilẽ intellectũ: sicut ꝑz ex ꝓdictis: q; nec humidum radicale facit mẽbrũ in specie remanere inquãtum radicale: sed inquãtũ viuificũ: nec etiã tollit ꝓpter restaurationẽ quin preexistat membrũ fm̃ speciẽ. vt em̃ ꝑz ex dictis nõ supponit q̃ restauratio possit fieri si olno deperdak humidũ viuificũ: sed supponit q̃ pars q̃ deperdek restauretur p actũ ꝛ virtutez remanẽtis ptis q̃ potentie fuit anime quoquomodo vt dictũ est: ꝛ hoc mõ semp̃ heristit mẽbrum fm̃ speciez quotiensc̃q; fit restauratio deperdit. nec etiam in cõueniens aliq̃ cõcedek si dicak esse membrum fm̃ spẽm ꝛ fm̃ materiã idẽ subiecto. q̃ autez q̃dã expositores Arist. nã parũ dixerũt mẽbra fm̃ speciẽ ꝛ formã esse q̃ ordinantur ad formales actiones anime q̃ vere ꝛ manifeste sunt actiones: ls fm̃ plus ꝛ min⁹. sed alia a carne ꝛ pinguedine. materialia ꝓ so sed caro ꝛ pinguedo q̃ alicui notabili et manifeste actione alie exercende nõ deputank. ls in se aliquã habeant veritatem virtutũ: tñ scimus hec non conuenire intentioni Arist. cũ plane in textu de generatione de carne fm̃ spẽm ꝛ materiã fecerit mẽtionez: nec etiaz cõuenit materie ꝓpositе de qua loqtur Arist. sermo ipertinens est et olno falsum: q; fm̃ illud nõ nutrirentur nec augmentarenk alia membra a carne ꝛ pinguedine q̃ expositio q; ipoꝛtat sue reꝑhensionis notam relinquetur ad presens. sed sufficit dicere ad rationem supradictã q̃ siue totuz hu. radicale nõ depdatur siue etiã totũ: dũ tamen simile illi in specie restauretur semp̃ fit restauratio ex post existenti membro ex humido fm̃ speciẽ: nec colligitur illud cum dicitur humidũ in parte deperdi ꝛ ipsum fm̃ speciem deperditã restaurari plus vel minus vel equaliter. ¶ Ratio autem vltimo rememorata nõ concludit posito etiã q̃ concederemus nutritiuã vel nutritionem eius fortiorẽ esse in perfecta etate q̃s ante. duricies nanq̃ membrorũ ꝛ inhabilitas recipiendi sufficiens nutrimentũ ad restaurationem tantã vel maiorem deperdito impediret hoc fieri. vnde nõ ideo ꝑsequitur q̃ tũc deberet deperditus restaurari fortius licet tamen absolute verum nõ sit q̃ fortior sit nutritiua ꝑfecta etate q̃s ante: quãuis in alijs operationibus anime corporali naturaliter ꝛ temperate se habente vez simpliciter sit. ꝑz etiam ex dictis sapientum in naturalib⁹ ꝛ in medicina: supra dictũ simpliciter nõ cẽ vez q̃ qz multipliciter ostensum est quo ad presens dimittim⁹. ¶ Similiter aũt q̃ superius attulerunt predicti ad confirmandum intentionem superius mõstratum⁹ valde insufficienter ꝛ imprudenter esse acceptum.

¶ De termino

aliasq̃ non.

ad quã tam ꝛ non.

ad sensi ramoꝝ.

aliaml i matrice. et infantia plus crescit quã alijs tẽ poꝛb⁹:

¶De termino restaurationis. Cap. iiij.

¶Potꝰ aūt q̄ cōpetit in sanitatis regimine nō est aq̄:sed vinum aut cerusia aut pomarū aut mellicratū aut aliq̄d simile:quoꝝ vinum est melius. Vinū aūt quo vti debeť in sanitatis regimine sit album vel roseū:ꝛ in hyeme rubeū vel subrubeum et sic clarū et subtile ex saporis amicabilis ꝛ suauis.

¶Est hic diligēter aduertēdū q̄ quorūdā magistroꝝ opinio est q̄ melꝰ est eligere vinū debile sine aq̄ mixtura q̄m vinū fortē cū aq̄:et spālr coꝝpibus tēperatis cholericis et sanguineis. Sed istoꝝ opinioni nullo modo acquiesco. Nā vina debilia quēadmodū sunt gallicana sunt multū corruptibilia:vñ facile corrūpunť. ꝛ hmōi signum est:q: si vinum debile ꝛ gallicanū diu mutereť in aere ꝓ nocte de mane inuenire aqua.

uenirek sanum. vñ puto q̄ vinū forte fractū cū multa aqua est cōueniētius in sanitatis regimine nisi in casu in quo vi num debilius nō sit adeo debile q̄ sit nimis corruptibile in natura sua: cuiusmōi sunt vina gallicana. Ex his igit ptz q̄ nectar nō cōpetit in sanitatis regimine in via potus. et vſr simul et vinia sapientia naturā alicuius farmacoti: vel ratione valis: vel ratione admixtionis. ex hoc ēm ptz q̄ vi

In siti mēdosa nō est bi benduz. num clarificatū magis cōpetit in regimine sanitatis q̄ vi nū acutū. ¶ Nota q̄ aliq̄n q̄s patitur sitim mendosam in qua nō ēstuat officiū stomachi: sed gutt̄ et pulmo aresc̄t vel os aut palatū ꝓpter fumos capinosos ticcos a stoma cho elcuatos: aut ꝓpter pulueres: aut motū aut aeris calo re et siccitatē: et in tali cā nō expedit bibere: sz sufficit garga rizare vinū bene limphatū: aut aquatū p̄ partes p̄dictas

Quib⁹ ꝙueniat bonum vinum De quā tate potus. aut masticare quosdā fructus: aut attrahere aerē frigiduz. ¶ Amplius multi indigent bonis vinis: tū quia sicci et vi nū humectat nutriendo: tū q: frigidi et vinū calefacit: tum q: tristes: et vinū letificat: tum q: paucoꝝ sunt spirituū et vi nū multiplicat spiritus. ¶ Quātitas aūt mediocris pot⁹ quā hō dz recipere in mēsa ad sitim sedandū: et ad cibi per mixtionē est quatuor librarū minus sicut quidē sapiens testatur vt experientia docet. Sed quātitas potus offeren di certis literis scribi nō potest: sed cōiectura ꝓpinqua ve ritati: quidam ēm sunt quibus sufficit minor quātitas po tus. Nā ad aliā et aliā quātitatē et qualitatez cibi reḡitur alia et alia quātitas potus: etiā dz in hoc attēdi quātitas et qualitas stomachi. ihabētes aūt stomachū siccum multuz sitiūt et magnā quātitatē potus sustinere nō possunt: et cō trariū est de habentibus stomachū humidū. Nā isti paruz sitiunt et magnam quātitatez sustinere possunt: hec igitur generalia de cibo et potu sufficiunt.

¶ De somno et vigilia. Cap. viij.

Quies ꝑa nō est nisi in somno. Sōnus tpatus.

Vigilia tpata.

Sōnus immode ratus.

Vigilia immode rata.

Superq̄ latere sit dormiē dum.

Er somnum calor naturalis q̄ ope ratur circa materiam nutrimenti in interioribus cōfortatur q̄bus lo cis viget alimēti digestio: et sic melior fit diges tio. Non est ēm vera quies nisi in somno. Nā in vigilia organa sensuum sunt in actu secundo: et sic non pōt corpus vere quiescere. vnde etiā mēbra mottua nō ve re quiescere possunt in vigilia ꝓpter colligātiā et sitstudi nē et ꝓpinquitatē ad organa sensuū que sunt in actu secun do. ¶ Si ēm somnus fuerit moderatus cib⁹ digerit: cor⁹ impinguat: dolor dissolutur: anim⁹ cōfortatur: calor natu ralis augmētatur: hūores temperant: mens clarificat. Am plius calefacit et humectat: digestio aūt viget calido et hu mido: et sic iuuat somnus digestionē: et q: senes sunt frigi di et sicci et male digerūt indigēt maximo somno: qua ꝓp pter Galen⁹ in etate senectutis ꝓuocabat somnū cū come stione lactucarum: et q: lactuce sunt frigide ipsas cum aro matibus comedebat. ¶ Et sicut somnus debito mō exhi bitus hz multas vtilitates: sic etiā vigilia moderata q̄ de sideriū auget et famē efficit ꝓtes exteriores cōfortat et spiri tus ad exteriora mouet sine quo nō possunt mēbra exerca tari. ¶ Et per cōtrariū somnus immoderatus ꝓparat cor⁹ ad apoplexiam epilepsiā et paralysim et stupoꝛē reuma ta apostemata et fe. etiā: et vigilia corpus desiccat: virtutes alales debilitat et digestiua diminuit: et corpus ꝓparat ad egritudines cōsumptiuas. ¶ Post cibū aūt non est statim dormiēdū: nec immoderate laborandū: studēdū aut dispu tādū nec legēdū et similia. ihoc aūt impedit digestionē: se dēdo descēdor audiendo aliq̄ musicalia: quibus homo nō multū sit intentus: et si tardek cibi descensus paz et lente est deābulādū quousq̄ sentiat descēdisse a stomachi officio. Si aūt quis ꝑsumat dormire ante cibi descensum ab offi cio generabitur rugitus inflatio et dolor in ventre: et erit somnus labiosior: et digestio corrūpit. Ygit postq̄s cibus descendent et fumi mulcebres et suaues fuerint eleuati ad cerebrum inducentes somnū: tunc est nature satisfaciēdū et dormiēdū. In estate ꝛo loco frigido nō reumatico ꝙui dā aūt dicunt q̄ decubit⁹ supra dextrum latus iuuat dige stionē: quia tunc epar supponitur stomacho sicut ignis le beti. ihec aūt imaginatio calefaciēdo ad modū ignis: sed amplectando cibum in stomacho est falsa. Nam epar di gerit cibū in stomacho sicut gallina ouū: et q: dormiēdo su pra sinistrū latus ꝓfectius amplectitur: igitur est dormien dum prius supra dextrū ꝓpter descensum cibi: et deinde su pra sinistrum ꝓpter digestionē: in fine digestionis aliquā tulū supra dextrū: vt facilius descēdat cibus de stomacho ad epar et superfluitates prime digestionis liberius descen dant. ¶ Quātitas vero somni sicut nec aliorū pōt certis li teris denotari. Debet autē somnus esse tātus q̄ cōpleta sit prima digestio: et q̄ cibus ad epar transeat: et non est forte malū tm̄ ꝓlongare somnū donec scōa digestio sit cōpleta. ihoc aūt tēpus diuersificat ꝑm diuersitatē cōplexionū: eta tum: tēporū et situm. Nam q̄ sunt calide cōplexionis et ha bent digestiuā bonā et comedūt cibaria facilia ad digeren dum: et nō comedunt multum in quātitate tales cito dige runt: et sic talibus forte sufficit somnus duarum: puta ser ho rarū vel octo ad plus. Sed his contrarijs opz tēpus. xvj. aut. xvij. horaꝝ nec tales possunt comedere nisi semel i die scz q̄ sunt tri. cōplexionis habentes digestiuā debilē et mul tum comedētes et multa cibaria nō obediētia digestioni ta les vt quandoq̄ digent somno longissimo. Alij aūt q̄ sunt me dij inter p̄dictos in cōplexionibus predictis: et tales indi gēt somno mediocri. puta. xij. horaꝝ. Amplius debem⁹ cō siderare fatigationē virtutū alalium. Nam ēm q̄ fatigatio seu lassatio est maior et intensior ꝑm hoc opus est longior somno. et ecōuerso. ¶ Signū aūt sufficiētis somni est tot⁹ corporis leuitas et spāls cerebri: et palpebraꝝ: et oculorū: et descensio ciboꝝ a stomacho: et voluntas assellandi et mun gendi. cōtraria aūt signa somnum nō sufficientē significāt et cū hoc totius corporis grauitas: et eructuatio sapiēs na turā cibi. In quātitate aūt somni experiatur homo quāti tatem somni vna die: et sic cōsequēter: et sic ꝓculdubio per pēdet quārū dormitare debeat. ihec aūt experiētia dz fieri supposito regimine eodem: et equali in predictis diebus.

Quies tas somni. Signus sufficien tis somni.

¶ Et notādū q̄ homines tpati tm̄ appetūt somnū necessariū eis. Nā optima natura tm̄ appetit quātū est ei necessariuz: et hoc est verum nisi cōsuetudo obuiet: sed in corpoꝝ lapsis nō est cōsiderandū in appetitu. q̄dā ēm plus appetūt somnū q̄s oporteat: et q̄dā minus sicut in exercitio superius memini me ditisse in corpibus egris. Tēperatis vero vten tibus regimine tēperato pōt dici q̄ quātitas somni est eḡ lis quātitati vigiliaꝝ. ¶ Amplius sciendū q̄ de qualitate somni quāto ꝓfundior tāto melior et loquor de somno na turali: et nō de stupore: et in tali melior fit digestio. ¶ Am plius sciēdū q̄ corpoꝝ tpatis nō cōpetit dormire supra ventrē ꝓpter colli cōstrictionem seu cōtorsionem et stoma chi cōpulsionē: hz in habētibus digestiuā debilem confor tet digestionē. ¶ Amplius sciendum q̄ nullo modo dor mienduz est supine. hec ēm figura dormiendi facit super fluitates declinare ad posteriora et nō incedūt per suos cā nales q̄ sunt in anterioribus: et sunt cā egritudinū puta in cubi et ceteraꝝ malarum. ¶ Amplius dormiēdū est de no cte et non de die. Nā dies est luminosa cū strepitu apta ex ercitio et vigilie: et nox est apta somno: tum q: frigidior die tum q: obscurior: tum quia quiescentior quo ad animam et quo ad corpus. ¶ Cōpleto autem somno sciēdū est dili gēter emūdare corpus a superfluitatibus multiplicatis non solum per secessum et vrinam: sed per tussim rascationē ex creationem emunctionem et pectinationem faciem ac manus cum aqua tepida lauando.

Hozsio p vigi nem ne pine do mādz.

¶ De accidentibus anime. Cap. ix.

Sicut accidentium alie correctio ad philoso phū medicum ꝓtinet vt alia bonis habitibus informetur: sic ad medicuz spectat cor rectio accidētū vt corpus hominis in sanitate debita cōseruetur. Quot ēm modis alteratur ex necessitate corpus tot sunt ꝓcurationis genera: et quia anime accidentia ex necessitate alterāt corpus et correctio eoꝝ ad medicū spectat et cōsūdē moderatio. Sicut ēm mali mores ꝙsequūtur malitiā cōplexionis sic plerūq̄ eos seq̄tur cōplexionis malitia. vñ iracūdi ex frequēti ira vltra mo dū supcalefiūt. et sibi suo mō intelligat de aliis. In ira qui dem mouet calor et spūs subito et impetuose ad cor: nō totali ter relinquēs radicē: sz in radice primo accendit: et postea mouetur ad extra et interdum totaliter radit: puta cor relin quitur denudatum. Vnde mulieres et debiles corde ex gau

dio

dio syncopizãt: qđ nõ cõtingit ex ira. vnde cõtingit hoiem mori et gaudio: ſz nõ ex ira. In timore calo: ꝛ ſpũs cito mouent ad intra ꝛ in triſtitia paulatim: ſz in tedio ꝛ verecundia ſpũs ꝛ calo: mouent duobus motib⁹: mõ ad intra mõ ad extra: ſicut patet in tedio qđ eſt triſtitia de eo qđ futurũ eſt: ꝛ inducit vigiliã dato eñ q calo: moueat ad intra et eo q triſtat: tũ mouet ad extra et eo qđ futurũ eſt. vñ talis triſtitia inducit vigiliã: ſz triſtitia de eo qđ iã ꝓteriit inducit ſomnũ. Et ſimiliter in verecũdia ſpũs primo mouet ad ira: ꝛ deinde reddit ꝛ dilatat illũ qđ eſt ꝓſtrictũ vt egrediat exteri⁹: rubificat colorẽ ꝛ ſic manifeſtũ eſt q accidẽtia aie alterãt corp⁹ noſtrũ. ¶ Vñ ira corp⁹ calefacit: q accendit calor: ꝛ ſpũs i cordẽ diſpgit ad ſingla mẽbra ꝛ ꝑcipue in hñtibus calorẽ fortẽ: ꝛ multos ſpũs. In hñtibus eñ calorẽ debilem iraſcunt vt vindictã appetũt calor nõ põt cũ feruore diſpergi ad extrema corpis: ꝛ ſic remanẽt exteriora mẽbra tremẽtia ꝛ frigida nõ obſtãte q calor ſit accẽſus in corde. vñ videm⁹ multos iratos appetẽtes vindictã in actu tremere: ꝛ in talib⁹ nõ eſt ira ꝑfecta ſz eſt quodãmodo timor cũ ira. ¶ Sz gaudiũ corpus infrigidat ꝑ viaz reſolutiõis ꝛ diſtractiõis caloris: ſz timor infrigidat paulatiz ꝑ modũ deſiccatiõis vt phthiſis. Nõ ſolũ aũt iſta accidẽtia aie q̃ ſe tenẽt ex parte appetit⁹ iraſcibilis ꝛ cõcupiſcibilis alterãt corpus noſtrũ: ſz etiã imaginationes aliq̃ q̃ ſe tenent ex parte virtutis cognoſcitiue ſicut videm⁹ manifeſte in videndo res rubeas: ꝛ ipſas imaginari mouẽt ſanguinẽ: ꝛ ſi qs imaginat doloꝛẽ qđ patiẽ fortius in aliquo mẽbro incurret doloꝛẽ. vñ imaginatio facit caſum. imaginationes igit ſpiritũ in res naturales. ¶ Dicim⁹ igit q ira nõ cõpetit in ſanitatis regimine. Ira eñ ſupcalefacit oia mẽbra ꝛ ꝓpter feruoꝛẽ cordis oẽs actus rõnis confundit. Igit cauẽde ſunt eius actiões: niſi quãtũ rõ ꝓcipit aduerſus illicita. iurta illũ. Iraſcimini ꝛ nolite peccare. Hã in licitis ꝛ honeſtis ꝓuenit iraſci q̃ nõ ꝓferat in ſanitatis regimine. ꝛ nota q q̃dã ſunt maleficiant: ꝛ frigidi quib⁹ interdũ iraſci ꝓdeſt in ſanitatis regimine. ¶ Ampli⁹ dico q triſtitia nõ cõpetit in ſanitatis regimine. Hã triſtitia corrũpit naturã hois. infrigidat eñ ꝛ deſiccat ꝛ ꝓparat ad maciẽ ꝛ extenuat: q corp⁹ totũ ꝓſtringit: ꝛ ſpiritũ obtenebriat: ꝛ ingeniũ ebetat: ꝛ rõnẽ impedit: iudiciũ obſcurat: memoriã obtũdit. Igit vitãda ſunt eius obiecta niſi quãtum rõ ſuadet ad deteſtationẽ vitioꝝ: ꝛ mẽtis pulchritudinẽ retomãdã. ¶ Et eſt intelligẽdũ q q̃dã ſunt: quoꝝ ſpũs ſunt ita mobiles et calidi et ſunt adeo pingues et carnoſi q eis eſt bonũ interdũ triſtari vt ſpũs ꝛ calor ebetent ꝛ corp⁹ aliqualiter macerẽt. ¶ De gaudio aũt ꝛ mẽtis trãquillitate ſciẽdũ q gaudiũ tpatũ cõpetit in regimine ſanitatis ex eo q eſt vnũ de cõfortãtib⁹ virtutẽ. virt⁹ eñ ꝓfortat trãquillitate ꝛ gaudio: ſz nõ dz eſſe exceſſiuũ: q inducit ſyncopim ꝛ mortẽ: ꝛ maxime gaudiũ cõpetit his q̃ multis curis ꝛ ſolli citudinib⁹ deſtruunt: ꝛ in cerebio pũgũtur: et ſimiliter his q̃ ſunt in gaudio ꝓtinuo ꝛ immoderato: qñ ꝓuenit triſtari Sz omnino hoium accidentium ſuperfluitas eſt euitãda. ¶ Et ſicut intelligendũ eſt de accidentibus anime ſe tenentibus ex ꝑte appetitus ita ſuo modo de ſe tenentib⁹ ex parte imaginationis. Non enim eſt ꝓuenies in ſanitatis regimie aliq̃d imaginari nimis intẽſe. Hã ex tali imaginatiõe mouetur ſpũs motu inordinato ꝛ relinquit locũ digeſtionis et impeditur ſomnus. Hec breuia ſufficiant de accidentibus anime.

Ira nõ cõpetit in regimine ſanitatis.

Triſtitia non cõpetit in regimine ſanitatis.

Gaudiũ cõpetit in regimine ſanitatis.

¶ De diuerſitate temporum anni. Cap. r.

Diſtinctio tẽporũ anni ſm medicos.

AD ſanitatis regimẽ ꝑfectũ opz cõſiderare diuerſitatẽ tpis anni. vñ in hoc eſt aliq̃d dãdũ tpi ſicut etati et cõplioni. Nõ eñ idẽ regimẽ totaliter dz eẽ i diuerſis tpibus anni. Si q̃dẽ corpa hũana diuerſimode ſe hnt in diuerſis tpibus: ꝛ ſm diuerſitatẽ cõplexionis corpoꝝ attẽdit diuerſitas regiminis. Sunt aũt q̃ttuor tpa anni: ver: eſtas: autumn⁹: ꝛ hyems. ¶ Medic⁹ aũt in tpoꝝ diſtinctiõe nõ ꝓſiderat motũ ſolis i zodiaco ſeu circulo ſignoꝝ vt aſtrolog⁹: ſz ꝓſiderat alterationẽ in corpib⁹ noſtris ex tpibus cõtingẽtem: ꝛ qz experientiã videmus aliquã ptẽ ꝑ ãni calidiorẽ aliã frigidiorẽ: ideo coact⁹ ẽ ponere medicus diſtinctionẽ in tpibus anni. Illud igit tempus anni in quo ẽ maior tẽperies i actiuis ꝛ paſſiuis vocat medic⁹ ver: ꝛ qz illa tẽperies nõ durat ꝑ tres mẽſes: ſz minus. ideo ver ſm medicos eſt minoris tẽporis q̃ ſz aſtrologos. Illoc aũt tẽpus ſm diuerſitatẽ regionum ꝛ annoꝝ interdũ incipit citius ꝛ interdũ tardius: ꝛ interdum plus durat et interdũ min⁹ ꝛ interdũ incipit anteq̃ ingrediat ſol ꝑmũ minutũ arietis. Illoc aũt tẽpus eſt tẽpus floꝝ. ꝛ initiũ pomoꝝ deinde ſequit eſtas: ꝛ eſt tẽpus calidũ ꝛ ſiccũ: qđ quidẽ tẽpus eſt multũ magis cõiter q̃ ver: ſz in q̃buſdã regiõibus plus durat: ꝛ in q̃buſdã min⁹. Similiter etiã in q̃buſdã anno revolutiõib⁹ ꝛ a ſimili interdũ: ꝛ in q̃buſdã aliis regionibus tardi⁹: deinde ſequit autũnus: qđ eſt tẽpus recte oppoſitũ veri in qualitatib⁹ vel ꝓpe cũ eo: ꝛ eſt tẽpus ſatis tẽperatũ in actiuis: ſed multum declinãs ad ſiccitatem ſicut eſtas ꝓcedẽs: ꝛ habet magnã diuerſitatẽ in hoiꝛe: cũ dies eſt multũ calida: ꝛ noꝛ frigida ꝓpter eius ſubtilitatẽ ꝛ ſiccitatẽ facilẽ recipe impreſſionẽ caloris in die ꝛ frigiditatẽ in nocte. vñ diſtãt multum noctes a dieb⁹ in calido ꝛ frigido qđ tamen nõ cõtingit in vere: qz aer tũc nõ eſt ita ſubtilis nec fortis nec ſiccus. ꝛ ideo nõ eſt adeo paſſibilis: nec tãm recipiẽs impreſſionẽ. videm⁹ eñ q aqua calida rõne ſubtilitatis ꝛ paſſibilitatis citius cõgelat q̃s frigida ꝛ tpata: ꝛ ſimiliter intelligatur de autũno reſpectu veris. In hoc aũt tẽpore eſt mutatio coloris folioꝝ ꝛ principiũ caſus eoꝝ. et deinde ſequit hyems frigida ꝛ hu. cuius initiuz eſt autumni finis: puta cuz folia ab arboꝛib⁹ ceciderint ꝛ eius finis eſt principiuz veris: puta cũ arbores incipiunt floreſcere: ꝛ aues cantare ꝛ breuiter cum oia incipiunt pullulare. Finis aũt veris eſt initium eſtatis: ꝛ eſt cum fructus ꝛ ſpecialiter poma incipiunt apparere: ꝛ herbe ſemen ꝓducere: vnde tunc ſciendũ q tunc eſt tẽpus veris cum floꝛes ſunt in ꝓncipio ꝛ augmento ꝛ ſtatu. ſz cuz floꝛes declinãt ꝛ herbe ꝛ fructus ſunt in principio augmento ꝛ ſtatu tũc eſt tẽpus eſtatis: ꝛ cum herbe declinãt ad ſemina ꝛ ſunt in ꝓncipio augmento ꝛ ſtatu eſt tempus autũni. et cuz ſemina declinãt ꝛ radices ſunt in ꝓncipio augmento et ſtatu bonitatis eaꝝ: tũc eſt tempus hyemis: ꝛ quia virtus deficit citi⁹ in floribus et ſeminibus q̃s in herbis et radicibus inde eſt q ver ꝛ autũnus ſunt breuiora tẽpora q̃s eſtas et hyems. vñ ſm medicos nõ multũ approbo dictũ illoꝝ q̃ dicunt ſe ſtum clemẽtis eſt principiuz hyemis: et etiaz ponentiũ horum tempora certa ꝛ determinata ꝓncipia ſua. ¶ Sz circa dicta eſt vnum dubium magnum. quare ver ponitur tẽperatum in paſſiuis qualitatibus puta in humido et ſiccо ſic etiã videt q autũnus dz eſſe tẽperatus in paſſiuis ſicut ponitur tẽperatus in actiuis. ꝛ ſpecialiter qz ſolis aſpect⁹ eſt idem in vere et autumno et idem aſpectus videtur eſſe cauſa eiuſdem cõplexionis in actiuis debet eſſe eiuſdem cõplexionis in paſſiuis: quia mẽſure qualitatum actiuaꝝ videtur ꝓportionari mẽſuris qualitatũ paſſiuaꝝ. vnde ver et autũnus ſunt eiuſdem complexionis in qualitatibus paſſiuis. ¶ Reſpondetur ad hoc breuiter qđ non eſt ſimile de vere conſequente hyemẽ: et de autumno cõſequẽte eſtatem. Nam caliditas ſuperueniẽs hyemi potẽtior eſt in deſiccando et faciendo humiditatem q̃s frigiditas ſuperueniẽs eſtati in humectãdo. Videmus eñ q pannus lineus humidus in aere calido citius deſiccatur q̃s pãnus ſiccus humectatur in aere frigido. Amplius ſiccitas autũni non eſt equalis pure poſitiua: ſed dicit priuationẽ humiditatis vaporoſe et diſperſe in aere. vñ modo cõſtat qđ facilius deuenitur ab habitu in priuationem q̃s a priuatione in habitum. et ideo facilius obtemperatur humiditas hyemis q̃s ſiccitas eſtatis: ſed qua iſta materia eſt extra regimen ſanitatis. ideo breuiter de hac tranſeo. Sufficit enim ad preſens ſcire quot ſunt tẽpora anni et eorum diſtinctiões quãtum ſpectat ad medicũ. ¶ Modo reſtat dicere quod eſt ꝓprium ſingulis temporibus de regimine ſanitatis incipiens a vere. ¶ Dicamus igit ur q ver aſſimilatur modo de repletione. vñ iſto tempore corpora maxime ſunt repleta et ex iſto cõcluditur q iſtud tempus eſt magis mutationi aptũ et purgationi q aliq̃ aliud tẽp⁹: ꝛ hoc eſt et ꝓprie: et ſpecialiter: qz tẽs ẽ tẽperatũ et tales euacuatiões debẽt fieri in tpe tpato. Ampli⁹ qz in hoc tpe maxie cõmouẽtur humores ſuſpecti. igit de repletionibus: egritudini-

Utrum autumnus ſit tpatus in paſſiuis ſicut ver ẽ tẽperat⁹.

De vere

bus repletionalibus flōmenk ⁊ purgentur in vere ⁊ ꝓpter eandē rationē in eodē tpe dz vomit⁹ ꝓuocari.⁊ qz in hoc tpe corpora sunt calidiora ⁊ humidiora ꝯ oporteat.tēpus etiā de se declinat ad calidū ⁊ humidū.ió respectu aliorum tēpoꝝ nō est vtēdū rebus multū calefactiuis ⁊ humectantibus ex carnib⁹ ⁊ potibus.vñ subtiliandum est regimen. Corpora eñ plena nō indigēt multo cibo nec multo potu: ⁊ sicut hoc tps est tpatū.ita dz esse exercitiū tpatum:⁊ debet esse maius exercitio estatis:⁊ minus exercitio hyemis Ampl⁹ qz hoc tpe calor incipit inualescere ⁊ san.⁊ spūs p corp⁹ ꝓmoueri bonū est abstinere a calidis ⁊ sallis aut acutis:⁊ bonū est sumere in potu syrupos extinguētes ifl̄atiōē:⁊ puta syrupū nenufa.⁊ acetosum ⁊ sikes. Et nota qꝺ supposito qꝺ corpus sit sanū:⁊ ex pte precedēte nō sit in corpore repleto derelicta. tūc dico qꝺ isto tpe pōt dari multū de cibo ⁊ cibaria grossiora ꝯ in estate:⁊ plus ꝯ in autūno:⁊ plus ꝯ in hyeme ⁊ min⁹ grossa. Hā isto tpe virt⁹ est fortis ⁊ calor innat⁹:⁊ adhuc a corporib⁹ multa fit resolutio a calore innato:⁊ ex fortitudine caloris ⁊ obediētia corpis rōne humiditatis. Sed qz cōiter in hoc tpe corpora sunt plena ⁊ habent virtutes fortes bonū est parū comedere et lōgis interuallis.vñ apparet mihi qꝺ ecclesia bene ordinauit ieiunū in isto tpe. Nō tamē est rationabile qꝺ isto tpe homo multū repleat se vna vice sicut faciūt cōiter ieiunātes. Melius est eñ hoc tpe cibū partiri ꝯ multū semel vna vice re

De estate. cipere. ¶ In estate aūt nō tñ est exercitādū:nec tñ comedēdū nec grossa cibaria:nec calida nec dulcia nec nitrosa nec salsa:amplⁿ vino miscēda ē multa aqua ⁊ dimittat⁹ vetus vinū ⁊ fortē:⁊ vt sit verū dicere totū estatis regimē sit ad fri.⁊ hu.declinās. Amplius sepe comedendū est:⁊ parū vna vice.amplius cibaria sunt facilis digestiōis.amplius cibaria sint actualiter frigida ⁊ potētialiter.amplⁿ aqua frigida est bibēda:⁊ cū ablutiōe vtēda. ¶ In autūno autē

De autūno. multū solicitari debemus de bono regimine. Hā hoc tempus ꝓpter sue cōpletiōis malignitatē:⁊ corporū nostroꝝ debilitatē nō sustinet errorē in regimine:nec permittit vti largis nutrientibus nec dietā despicere.⁊ quia hoc tempus est valde siccū ⁊ corpora sunt multū debilia:⁊ extenuata tota nostra intentio debet esse in corporis humectatiōe ⁊ virtutū cōfortatiōe. Est igitur cauenduz a cotu qui corpus debilitat:⁊ desiccat ⁊ similiter a solicitudinib⁹ ⁊ curis tantibus mētis:⁊ ab oībus desiccātib⁹.⁊ a potu aque multe frigide ⁊ ipsⁿ balneatiōe ⁊ supra caput effusiōe ex qua horripilatio cōtingat.illhec eñ eadē cadere facit in febrem: amplius euitare debēt famē ⁊ sitim. Nō etiā multū repleatur cibo vna hora.vinū aūt mediocriter sit limphatuz. In plurib⁹ autē regimen autūni est simile regimini estatis quousqꝫ aduenerint pluuie q̄ postqꝫ euenerūt a multo male securos reddūt. Plus aūt solicitādū est isto tpe in humorū correctiōe ⁊ corporis cōfortatiōeqꝫ in humorū euacuatiōe. Et qz hoc tpe autūni est multa copia fructuum cauēdum est ab eis:qz generant humorem aptū corruptioni:et hoc tēpus assimilatur morbo de corruptiōe:amplius cauēdū est a noctiū frigore.⁊ diei calore:⁊ qz egritudines hui⁹ tēporis male sunt ⁊ pessime:si quis intret morbū statim est succurrēdū a ꝓncipio anteqꝫ cōfirmetur.amplius vinū debet esse aquaticum:sz nō tñ sicut in estate:⁊ si videam⁹ alquos humores peccare bonū est qꝺ euacuent añ euentum

De hyeme. hyemis ne ꝓpter frigiditatē hyemis ꝓstringant:⁊ sint causa egritudinuz. ¶ In hyeme aūt plus pōt cōedi ⁊ cibaria grossiora ⁊ calidiora ⁊ matorib⁹ interuallis.vñ si aliqs sit frigide cōpletiōis pōt hoc tpe vti alijs cepis sinapi ⁊ eruca sz iuuenis ⁊ calide cōpletiōis his vti nō debet. Haz si in plenti nō et nocebunt:tamē aduenīte tēpore estatis aut veris male sequētur egritudines:nisi succurrat cuz minutione ⁊ purgatiōe. Sūt autē quidā in hyeme multū cōedētes ⁊ auide ⁊ vinū multū bibētes:⁊ nō multū exercitātes:⁊ isti sunt minuēdi in ꝓncipio veris:⁊ si eoꝝ nutrītia sunt grossa ⁊ mala:tunc succurrēdum est cum vēnis solutiōe. Amplius sciēdum qꝺ hoc tpe pl⁹ est exercitādum. ¶ Itē hoc tēpus est multuz sanitatis cōseruatiuū. Hā hoc tpe nō egrotat qs nisi forti cā ⁊ sustinuerit errorē regiminis:⁊ qz i isto tempore multiplicat in corporibus flegma:bonuz est qꝺ olera et fructus quibus vtitur non sint frigida ⁊ hu. vnde eui tāde sunt lactuce atriplices ⁊ portulace:sz vti debem⁹ feniculo: petrosilino:borragine:salutia:mētha:⁊ sic intelligat de fructib⁹.vinū aūt quo est vtendū debet esse roseū nō albū cū pauca aqua. In hoc aūt cauēdū est a minutiōe:sz interdū possum⁹ vti purgatiōe:nisi sit frigus nimis intēsum. Amplⁿ in hyeme nullo mō vomēdum est. Amplⁿ hoc tpe multū solicitādū est qꝺ partes pectorales tueantur a frigore ⁊ similiter cerebrū ⁊ extrema corporis ⁊ specialiter pedes. Sūt aūt quidaz maleficiati ⁊ frigidi qui pessime se habēt in hyeme ꝯ in estate.habent eñ calorē ita debilē qꝺ frigiditate hyemis calefactiē per antiperistasiz:seu antifrasim nō cōfortant:sz magis debilitant ⁊ frigꝰ nō solū circūstat:sed vsqꝫ ad interiora penetrat:⁊ sic calorē debilitat cuⁿ simile habemus de q̄busdā serpētibus qui in hyeme accūbunt in cauernis tanqꝫ mortui ꝓpter frigiditatē cōtinētē: ⁊ aduentente estate mouentur comedūt ⁊ melius habent.

¶ Determinatio nutrimentoꝝ in spāli. Cap.xj.

Talia sermones vses in operabilibus sunt inutiles nisi applicent ad particularia. Superⁿ autē determinatuz est de nutrītib⁹ in vsi sue in generali.nunc aūt in spāli.⁊ primo de cibis. secdo de potib⁹:taz naturalib⁹ ꝯ artificialibus. Quo ad cibos erunt nouem capitula specialia. Primū de granis panificis ⁊ pane.secōm de leguminibus.tertiū de fructibus. quartuz de oleribus ⁊ herbis.quintū de radicibus.sextuz de alalibus.septimū de alaltū superfluitatibus.octauū de pis-

De panico. cibus.nonum de cōdimentis. ¶ Sciendu igit qꝺ panis potest fieri ex frumento ordeo auena siligine milio panico ⁊ riso. Nō solum autē ex his granis fit panis:sed pōt fieri panicū. Fit aūt panicuz ex grano decocto in aqua vsqꝫ ad cōsistentiā simile pani vñ granuz decoquit in aqua perfecte vsqꝫ spissitudinē ⁊ tunc optime permiscetur cū aqua et ponit in scutellis vel scissuris ⁊ dimittitur infrigidari:et tūc habet quasi figurā panis ⁊ pōt incidi sicut panis.hoc autē panicum melius et cōuenientius pōt fieri ex granis multis minutis puta ex milio panico ⁊ riso ex eo qꝺ perfectius possunt cōmisceri in aqua in qua decoquuntur.illhoc autē panicuz nō est multuz in vsu:nec ēt multuz cōpetit in regimine sanitatis ꝓpter defectum fermēti ⁊ salis. vñ puto qꝺ idē est inducū de panico sicut de potagio ex eis facto.

De frumento. ¶ Frumentū autē coctuz in aqua nō cōpetit in cōseruatio sanitatis. Hā opilatiōes⁊ lubricos multiplicat ⁊ ad calculū ꝑparat.⁊ similiter intelligat de pultibus ⁊ de omni cocto de facto ex pasta azima.sz amidum melⁿ est ceteris ꝓpter maiorē desiccationē ipsius frumenti et humiditatis pfectiorem digestionē. Predictus tñ cibus est multi nutrimēti et difficile resolubilis.vnde multum exercitantib⁹ ⁊ fortibus minus nocet:sz tēperato corpori nullatenus cōpetit. et si interduz cōtingat vti ferculo de frumēto ꝓmitus frumentum decoquat in aqua:deinde cōdiat cum brodio carnū laudabiliuz vel lacte amigdalaruz et erit cibus cōueniens aliquo modo ieiuniozꝝ tempore:qz tarde resolvitur et digerit et multū nutrit. ¶ Et similiter pōt fieri ferculū de ordeo et auena et riso et sunt laudabiliora ꝯ de frumēto. Sed tale ferculuz de milio et panico nō approbo:qz minus et panicuz sunt pauca nutrimēti et difficilis digestiōis

De ordeo auena et riso

sed ordeum et auena sunt laudabiliora ꝯ de frumento. Sed tale ferculuz de milio et panico nō approbo:qz minus et panicuz sunt pauca nutrimēti et difficilis digestiōis

digeratur:et nō dz esse calidus nec vetustate induratus. sit igitur coctus pridie die ⁊ ignis coquēs nō sit nimis fortis nec nimis debilis:⁊ q̄ sit ex lignis ꝓuenientib⁹ nō sapiētibus naturā alicuius farmaco:uz vel metallorū. et si quera mus nutritionē maiorē et puriorē mūdificet a furture:⁊ si volum⁹ vētris subductionē aliqualē dimittam⁹ aliq̄d furturis. furfur enim parum nutrit ⁊ ventrē subducit ⁊ farina econtra. Ampli⁹ sciendū q̄ mica panis est melioris ⁊ maioris nutrimenti ⁊ velocioris q̄ exterior crusta. Hec enim generat humorē melācholicū ⁊ nō multum cōpetit sanis nisi habētib⁹ stomachū humidū ⁊ volentibus demacrari. ⁊ in fine comestionis plus cōpetit. Iuuat enim cibi descēsum ⁊ confortat officiuz stomachi. hec igitur sufficiunt de pane ⁊ granis panificis.

¶ De leguminibus in speciali. Cap. xiij.

Sunt autem quinq̄ species leguminuz que sunt in vsu scilicet cicera fabe pisa faseoli lētigines:⁊ si sint alia similiter pñt ad hos reduci. Horū autē oīm leguminū faba est inflatiua et difficilis digestionis ⁊ eius nutrimentū est melācholicū: vñ nō multum cōpetit corporib⁹ tēperatis q̄m manent in sanitatis latitudine. ¶ Horū autē substātia est vitāda fz brodia sunt vētris subductiua ⁊ vrine ꝓuocatiua ⁊ venarū deopilatiua. vñ satis ꝓuenient tpibus q̄bus holes vtunt cibis grossis ⁊ opilatiuis puta tpe leuantorū: in isto brodio ꝓuenīter factovt dicē nō sunt nocumēta q̄ sunt in substātia. vñ in eo nō est inflatio: nec difficultas nutritionis nec malitia nutrimēti. fit autē brodiū hoc mō. In fero autē ponantur cicera vel pisa in aqua ferventi ⁊ in eadem longo tpe manib⁹ ꝓfricent. deinde in p̄dicta aqua tota die ⁊ nocte tēperent:⁊ in eadē sequēti mane bullitāt duab⁹ vel trib⁹ ebullitionib⁹:⁊ postea colent:⁊ colatura reseruetur ⁊ appropinquāte hora refectionis ꝓparet: cuz cinamomo spica ⁊ croco ⁊ addat aliquantulū vini: et deinde vnico feruore bulliatur ⁊ ꝓpinet in principio refectionis. Brodiū aūt cicerū ⁊ pisorū albor̄ est cōuenientius nature ⁊ amicabili⁹:⁊ similiter eorū substātia. Fabaꝝ aūt substātia ceteris leguminib⁹ est deterior ⁊ spāliter cū cortice exteriori. est enī magis vētosa ⁊ difficilious digestionis ⁊ magis melācholica. ¶ Et nota q̄ cortex exterior ē pessimus nutrimēti q̄m medulla ⁊ vētrē ꝓstringit:⁊ medula laxat vētrē ⁊ hoc est verū in oīb⁹ leguminib⁹. vñ nō est artificiale comedere simul medullā cū cortice. nā vnū laxat:et altrū stringit ⁊ sic sunt mor⁹ agitatus ⁊ hoc est vlr verū de leguminib⁹ habētib⁹ multā corticē exteriorē: cuiusmōi sunt fabe ⁊ cicera nigra. sed vna est maneries pisoꝝ albor̄ rotūdoruz hūtū corticē exteriorē valde subtilē q̄ securi⁹ potest comedi cū medulla. melius tñ est si depilletur. Sed legumina recentia sunt plurū superfluitatuz et corruptibilioris substātie ⁊ min⁹ cōpetūt corporib⁹ humanis hoc respectu. Nā sicca legumia a cortice depillata sunt saniora recētib⁹

Leguminum cortex stringit ⁊ medula laxat

¶ Itē in recētib⁹ est humiditas vaporosa. Recētia eīn nō depillant: sz viridia sunt saniora siccis nō depillatis. vñ bonū est q̄ viridia decoquant cuz brodio carniuz laudabiliū vel cuz lacte amigdalarū:⁊ addito zuccaro albo ⁊ croco:⁊ si ꝓpingat legumina sicca comedere:⁊ nō decoquantur cū brodio carniū bonū est q̄ cōdiant cū oleo oliuarū et cepa alba in eodē frita ⁊ minutim incisa. Itē dāt cōedi in fine mēse. Nā si in p̄ncipio tūc eleuāt alios cibos ad stomachi officium. In regimine tñ sanitatis nō cōpetūt nec in p̄ncipio nec in fine. In principio q̄dē ꝓpter causaz iā dictā. I fine q̄dē: q: vētositatē ⁊ eructuationē causant: q̄ vētositas apit officiū stomachi:⁊ sic calor exhalat: digestio ipedit. Si aūt sumank i medio cū aliis cibis poterūt cū aliis cibis faciliꝰ p̄misceri cū digestio fiat per viā ebullitionis:et sic corriget eoꝝ malitia. Amplius sciao q̄ si legumina in fine comedātur inducūt somnia mala ⁊ melācholia. ⁊ ideo nō comedātur in principio nec in fine: sed in medio: hec breuiter sufficiant de leguminibus.

¶ De fructibus. Cap. xiij.

Efructibus sciendū: q̄ q̄uis in via nutrimenti nō cōpetāt in sanitatis regimine: q: nutrimētum fructuū cōmuniter nō ē laudabile. generāt eīn sanguinem putrescibilē ⁊ parū nutriunt ⁊ sunt multaꝝ superfluitatū: tñ multi holes existētes in latitudine sanitatis vtūtur interdū fructibus ꝓpter vtilitatē quā sperāt cōsequi in eorum vsu: alitā nutrimēto: ex quo cōcluditur q̄ nō debēt sumi in quātitate magna. Illud eīn q̄ medicinaliter sumit: et nō via nutrimenti nō dz sumi in quantitate magna: nec dz multū continuari vsus ei⁹. ¶ Sunt aūt q̄dā vtilitates ꝓpter quas fructus cōpetere possunt in sanitatis regimine ꝓseruatiuo. Quaꝝ ꝓma ē cholere mitigatio ⁊ feruoris sanguinis extinctio ⁊ corporis humectatio seu infrigidatio. Fructꝰ aūt ad hoc deputati sunt frigidi ⁊ humidi ⁊ specialiter recentes: et hmōi sunt pruna: persica: ficus: et vua et specialiter meloues: cucumeres: ⁊ citruli ⁊ cucurbite: ⁊ si velim⁹ hūc sanguinis feruorē mitigare in pectorialib⁹ partibus ⁊ spūalibus vtemur p̄dictis cucu. melonibus post ea q̄buz specialiter cū dubitam⁹ estuatione in pectorialibus ⁊ cerebio ex aliquo cibo sumpto sicut ex assaturis ⁊ trixuris cōtingere cōsuevit. Si aūt velimus cholerā q̄ est in venis alterare ⁊ feruorē sanguinis in epate ⁊ splene ⁊ ceteris membris mitigare: tūc p̄dicti fructus sumātur ante cibū et superbibat aq̄ frigida vt citi⁹ trāseāt ad venas ⁊ magis infrigidet vel vinū bene limphatū q̄ magis approbo. tales aūt fructus cōpetūt marie estuo tpe ⁊ tpe autūni. his eīn tpibus corpora sunt sicca i humore cholerico ⁊ sīl magis ꝓuentūt cholericis iuuenib⁹ ⁊ sanguineis. Et ē diligēter notādū q̄ meloues citruli ⁊ cucu. sunt multū difficilis digestionis: et eoꝝ humor est parat⁹ ad putrefactionē:⁊ generāt febres cronicas. vnde vex est q̄ sitim sedant: feruorem san. mitigant:⁊ stomachum confortant. ⁊ cucumeres melius valent q̄m melo. ⁊ citru. Aduertenduz tamen q̄ tales fructus non sunt inuatiui quando sunt vetustate corrupti quod obseruandum est in omnibus fructibus.

Fructꝰ pñt cōpetere i regimine sanitatis ꝓseruatiuo

Pruna. Meloues. Citrulli Cucurbite.

¶ Sunt autem q̄dā fructus qui ꝓueniunt ad perfectā maturationē supra arborē: ex qua perfecta maturatiōe nigrescunt et efficiuntur cib⁹ aranearū. vt mora et similia. et talium vsus non est conueniens aliquo modo. preparant eīn humorē ad putrefactionem ⁊ corruptionem. ⁊ multiplicant bubones carbunculos ⁊ antraces in vtentibus corporibus. ⁊ huiusmodi sunt mora celsi ⁊ etiam vna maneries ceraso rum grossarum que vocantur galliones in lingua nostra. vnde cum percipimus fructus predictos nullo modo est eis vtendum taliter. Et vniuersaliter non est vtenduz aliquo fructu in cuius interioribus inueniuntur vermes. et ille annus: vt plurumū est epidimialis: in quo vermes in fructibus abundanter reperiuntur.

¶ Scōa vtilitas ꝓpter quam homines interdum vtuntur fructibus est ventris subductio et laratio. quare vtuntur ficubus vuis prunis moris celsi maturis cerasis ⁊ pessicis mollibus: q̄bus est vtendum in principio mense. nec statim est comedendus alius cibus. sed aliquantulū immorādum. Et est superbibendū aliqd brodium vel vinum limphatum vel aqua frigida vt quidam dicunt q̄d forte verū est in hominibus valde cholericis inhabitātibus regionē calidam et iuuenibus ⁊ tempore calido. Sed communiter melius est superbibere aliquod brodium carnium laudabilium vel vinum dulce bene limphatum.

Scōa vtilitas

¶ Est notādum q̄ triplex est vua. quedā est īmatura et sit aggresta ex ea: et matura et viridis et recens ex qua fit vinū: ⁊ sicca q̄ passula dicitur. prima quidem ventrez nō subducit: sed magis cōstringit:⁊ appetitū ex cholera defectū reducit et stomachi calorem refrigerat:⁊ multum valet in fluxu vētris cholerico. Sz vua matura ⁊ specialiter alba ⁊ recens valde sine nucleis et cortice ventrē laxat. et ceteris fructib⁹ plurib⁹ ⁊ melioris nutrimenti existit sicut et ficus. vnde verū est q̄ ventositates generant et inflationez et ventris dolorem. Et si remanserit p duos dies aut tres suspensa melius nutrit ⁊ minus laxat nec tāruz inflat. Et habentes stomachum plenū cibo vel immundum humoribus malis. nullo mō comedant vuas ⁊ specialiter recentes siue virides. velociter enīz in stomacho immūdo corrūpunt. Et in stomacho pleno cibis nimis cito digerunt nō potentes exire de stomacho post earum digestionem. Et alius cibus nōdum est digestus. ⁊ in stomacho corrūpuntur:⁊ alium cibum corrumpunt. Et similiter intelligatur

Vua.

de alijs fructibus laratiuis. Et si aliqs velit sumere vuas viridē ⁊ recentē bonum est q̄ primo infundat in aqua feruenti p horā: ⁊ deinde ponat in aqua frigida. Sz vua passa magis attinet caliditati ⁊ ꝓfortat stomachum ⁊ epar et opilatiões remouet. Et vt: q̄ epar inpinguat ex eis: et maxime si mūdent a suis arillis. ¶ Quo ad fic⁹ nota q̄ hūida ⁊ recens velocius nutrit ⁊ citius trāsit de stomacho ad epar ⁊ magis humectat. Sz ficca, est min⁹ inflatiua ⁊ magis aperiēs opilatiões. vñ sciēdū q̄ ꝓpter suā dulcedinē si ex eis multus comedat citius gñat opilatiões. Et nota q̄ ficus siccē et passule pulmonē ⁊ pect⁹ mundificāt ⁊ lenūt.

Ficus.

Mora. ¶ De moris celsi ⁊ bacci sciēdū est q̄ mora imatura nō laxāt ventrē: sz magis cōstringunt ⁊ habent virtutē repcussiuā et stipticā. Sz matura laxāt ventrē et declināt ad hūiditatē ⁊ caliditatē. Et nullo mō debent comedi post cibū ꝓpter passibilitatē sue substātie. ⁊ dubitātes de hūoꝛ putrefactiōe nō vtant moris celsi nec bacci. est em cibus febilis. vñ nō approbo eoꝛ vsum in febricitāt⁹: dcq̄d dicant alij nec in dispositis ad febrem. ¶ Quo ad pruna sciendū q̄ pruna matura sunt in vsu ⁊ nō imatura. Pruna aūt matura magis ꝓuenīēta sunt magne figure oblōga hūita carnē paucā ⁊ durā ad aliquā siccitatē declinātē ⁊ corticē exteriorē tenuē. ⁊ debēt esse in sapore nō vere dulcedinis: sed dz esse eorū dulcedo attinēs alicui acredini. ⁊ huiusmodi sunt pruna damascena. Talia em pruna humectāt ⁊ ifrigidāt: ideo multū cōueniunt febricitāt⁹ et ventrē laxāt vt dictū est. Sūt aūt multe alie maneries prunoꝛ: quoꝛ vsuz nō approbo. Sūt etiā prunella siluestria parua removēda ne crescāt in sepib⁹ ex quoꝛ succo fit acaria q̄ vētrē stringit. debent aūt pruna q̄ sumunt ꝓpter vētris subductionē primo poni in aqua frigida p horā. tunc em ꝓfect⁹ infrigidāt et humectāt. et cholerā quā inuenīūt lubricādo soluūt ⁊ sic stomachū melī⁹ disponunt ad recipiendū cibū. Notādū tñ q̄ pruna humida recentia sunt magis alteratiua ⁊ laxatiua q̄ntus sint petiora nutrimēti: et plurū superfluitatū. Sed pruna sicca magis cōfortant ⁊ melī⁹ nutrimētū dant corpori. ¶ Et sicut dictū est de prunis sic suo modo intelligit de ceralis. Tñ ceraloꝝ humiditas est subtilioꝛ ⁊ minus viscosa: vnde minus nutriunt q̄s pruna. ¶ De persicis sciēduz q̄ humores generāt putrescibiles. verū appetitum cōfortant: ⁊ nō debēt recipi post cibuz: sed ante sicut pruna vñ stomachuz cholericū cōfortant infrigidant ⁊ humectāt. Et scias q̄ eoꝛ odoꝛ valet cōtra cardiacā passionē. et hāt ꝓprietatē mirabilē resistendi fetoꝛi ꝓuenienti a stomacho.

Pruna.

Persica

Tertia vtilitas ¶ Nota vltr q̄ diuersitas talū fructuū nō dz assumi i eadē mēsa sicut nec diuersitas cibarioꝛ in sanitatis latitudine. ¶ Tertia vtilitas ꝛre hoies in latitudine sanitatis vtunt fructib⁹ est vētris cōstipatio. quare in ꝓncipio mēse vtuntur fructibus stipticis: vt sunt coctana: mespilla: pira ⁊c. q̄ naturaliter vel accidētaliter habēt vētrē lubricū. vñ nō debēt sumi in magna quātitate: q̄ sunt difficilis digestiōis ⁊ mali nutrimēti. vñ cibus post eos sumptus citi⁹ digerit q̄s predicti fructꝰ: et permanēt in stomacho vltra debitū tē pus: et sic corrūperetur digestio sicut pz in carnibus perfecte coctis: et vteri⁹ in poto bullīāt. Si aūt querat vētris subductio recipiant in fine mēse. Inter hoc aūt fructꝰ cocta ne. crana sunt laudabiliora. nā cū stipticitate ⁊ pōticitate sua sunt odorifera. iō sunt stomacho ⁊ cordi magis conferentia. vñ multū cōferunt in reducēdo appetituz et dīno cholere defedatū. bonū aūt est q̄ inuoluant stupis ⁊ decoquātur in prunis siue carbonibus seu calidis cineribus. et tūc frāgātur p frusta. ⁊ in optimo vino odorifero: et sic melī⁹ nutriunt ⁊ minus grauāt stomachū ⁊ citius digeruntur: ⁊ sic debēt exhiberi habēnb⁹ stomachū debilē. Sz cruda cocta sunt maioris stipticitatis ⁊ pōticitatis ⁊ difficilioris digestiōis: ⁊ nullo modo ꝓcuīūt habentib⁹ stomachū debilē et frigidū. ¶ De piris aūt nota q̄ quāto pira magis sunt odorifera ⁊ coctanis in sapore et substātia ⁊ calore p pinqua tanto sunt stomacho cōuenīētiora. Et pira quāto pl⁹ dulcedine participāt tāto pl⁹ nutrimēto attinēt ⁊ tāto min⁹ tunc ad laxādum si post sumant apta. Et nota q̄ pira ⁊ coctana ieiuno comesta sunt cā fortis cholice passiōis ⁊ incurabilis. ⁊ si cōtingat q̄ in ieiuno sumant supbibat vinū vetus odoriferū sicut dictum est de persicis. ¶ De pomis est sciendū q̄ poma dulcia possunt comedi ante cibū ⁊ post. ⁊ magis ꝓcuīunt ad nutriēdum q̄s pōtica acetosa ⁊ stiptica. de quib⁹ pōticis silis est rō sicut de coctanis: et piris q̄tū ad opationes ⁊ modū exhibēdi. Poma aūt odorifera cōfortant cor et cerebrum ⁊ pricipalia mēbra si sint in caliditate distēperata. ⁊ hoc verū est de pomis acetosis ⁊ ponticis. Sed poma dulcia non multū cōpetūt cholericis corporib⁹ cōuertunt enim in cholerā. Et nota q̄ poma hāt malā ꝓprietatē in generādo ventositatē in secūda digestione: propter quā dictū est a sapientibus q̄ pūt generare ethicā et phthisim. Nā vēr⁹ generat⁹ ex eis dz malā ꝓportionem ad exiccandum arterias pulmonis. ¶ De mespilis autem et sorbis est sciendū q̄ minus cōpetūt nutrimēto inter ceteros fructus superi⁹ notatos: quod satis ostēdit asperitas sui saporis et duricies sue substātie posthq̄ sunt in arbore matura: ideo magis cōuenīūt via medicine q̄s cibi. Sorbe autem sunt delectabiliores mespilis.

Mespila. Sorbe.

¶ Quarta vtilitas pp quā i latitudine sanitatis vtimur fructibus est cōpressio de orificio stomachi ad fundū. sunt aūt quidā fructꝰ cōprimētes sua stipticitate ⁊ ponticitate de quibus sufficienter superi⁹ dictū est. Alij vo sunt cōprimentes sua grauitate ⁊ grossitie sue substātie: et huiusmōi sunt auellane castanee. Nā isti duo fructꝰ nō hāt pōticitatem nec stipticitatē propter quā cōprimāt: nec aromaticitatem rōne cuius cōfortēt orificium stomachi. Sed deponūt cibū ratiōe sue grauitatis in grossitie substātie. Et iō auellane virides ⁊ hūide sunt maxime euitāde. Iz possint cibū sumptū cōprimere grauitate sua: q̄ nō hāt dulcedinē qua placeāt ori stomachi. Nec aromaticitatē qua cōfortēt et foueāt spūs. Nec stipticitatē aut pōticitatē qua roborēt stomachū aggregādo ptes. et iō gñaliter sunt nociue ori stomachi: q̄ sua frigiditate et grauitate ꝓcurūt nullū cōferendo iuuamētum. ¶ De castaneis aute sciendū q̄ sunt difficilis digestionis ⁊ generant humorē melācolicū ⁊ opilāt venas. Sz inter siluestres fructꝰ castanee nō distinguūtur a glādibus. Notabile aūt nutrimentū dāt: ⁊ habēt aliquā stipticitatē spāliter si assenk. ⁊ iō cōpetūt post cibū. Similiter auellane si assenk aut corrigant acquirūt quādam stipticitatē et dulcedinē ratione quarū stomach⁹ in eis delectat ⁊ cōfortantur sicut ⁊ castanee q̄n assant. ¶ Et est notādū q̄ nuces sicce petiores sunt auellanis. Nā magis sunt vnctuose rōne cui⁹ in cholerā ꝓuertūtur inducūt capitis dolorē et oculos turbant ⁊ vertiginē causant. et gñaliter sumpte post cibū ⁊ lingue paralisim inducunt: ⁊ vomitū ꝓuocāt. Et habētes cholericuz stomachū euitare debent nuces siccas: et quāto antiquioꝛes tāto petioꝛes. Recētes aūt min⁹ male sunt q̄ nō sunt tāte viscositatis. ⁊ ideo nō generant dolorem capitis nec vertiginem: et similia sicut sicce. et ratiōe humiditatis lubricāt vētrē: et si aliqualiter corrigantur ⁊ comedant post cibum cōpumunt cibuz sumptuz. Et si sicce sumank ante cibum cuz rutha ⁊ ficu valent ꝓtra venenum. Sic igit patet q̄ nuces recētes sunt magis ꝓuenīētes corporib⁹ sanis q̄s sicce: et cōtrarū est de auellanis q̄ sicce meliores sunt viridibus. ¶ Dulces aute amigdale medie sunt iter auellanas ⁊ nuces nisi q̄ melioris sunt nutrimenti ⁊ stomacho magis cōueniūt. Et puto q̄ virides sunt meliores ad esum q̄s sicce et antique. Nam sicce hāt quandā vnctuositatē ratione cui⁹ possunt inducere nocumenta que inducunt nuces. Amigdale tamē sicce nā sunt adeo male sicut nuces: quia nō tantā habēt vnctuositatē vnde nota q̄ lac amigdalarū antiquaruz siccaruz nō multuz competit febricitantibus ꝓpter vnctuositatē eaꝛ rōne cuius inducit capitis dolorez ⁊ cholere generationē: Iz lac amigdalarū viridium est febricitantibus ꝓuenientius. Et si velim⁹ ex antiquis lac febricitāntibus facere pri⁹ torrefiāt modicum: vt lac careat vnctuositate: deinde infundantur in aqua feruenti: et postea in aqua leuētur frigida. ⁊ deinde pistentur et distemperentur cuz aqua laudabili: ⁊ deinde lac cōmoueatur fortissime: et spuma post agitationē removeat: et lac remanebit sine vnctuositate. et q̄s amigdale habeant multas bonas ꝓprietates: tamē inimicant stomacho. similiter nuces auellane fistrici: et quidam dicūt q̄ et pinee. et fistici quidē minus offendūt stomachū in sui recentia et silr intelligatur de amigd⁹. ⁊ nucib⁹. Sed pinee ⁊ auellane

Quarta vtilitas.

Auellane.

Castanee.

Alias vnctuositas.

Amigdale.

ꝛ auellane cõtrariũ.nam cuꝫ modicũ deficcant minus nocẽt stomacho. Amigdale sicce nullo mõ cõpetunt post cibum nec ante nisi ad ꝓhibendum ascensuꝫ vaporũ vini ad caput:vnde ebrietatẽ ꝓhibent. ¶ Pince plus inimicãtur stomacho ꝛ plꝰ ꝓsunt pectori. ¶ Fistici ãt magis nocẽt stomacho ceteris fructibus oleaginosis vt dicũt quidã:et sic parum nocent vel non nocẽt:sed ꝓsunt vt dicũt alij.ꝓhibent eñ nauseã ꝛ stomachi subuersionẽ:ꝛ ꝓfortãt os eꝰ vel nõ hñt inuamẽtuꝫ nec nocumẽtum vt quidam dicunt. ¶ Quinta vtilitas vtendi in sanitatis regimine:ꝛ via cibi tẽpore necessitatis casu quo deficiũt alij cibi. ¶ Inter aũt fructꝰ humidos vna est maioris nutrimẽti ꝛ melioris. Reliqui aũt fructus humidi:puta prũna mora:et similia manus cõpetũt nutrimẽto.siĉ fructꝰ succosi:puta poma pira ꝛ siĉa parũ cõpetũt via nutrimẽti ꝛ spãliter in hyeme. Amigdala aũt et pineis auellanis fisticis nucibꝰ vti possumus tẽpore necessitatis via cibi spãliter i hyeme. ¶ Amigdale et spãliter recẽtes impinguãt ꝛ estuationẽ stomachi suo tẽpore possunt aliqualiter ꝛpare:ꝛ cũ exteriori cortice sumpte stomachi humiditates cõsumũt seu mũdificãt ꝛ ebrietatẽ ꝓhibẽt.ꝛ sumpte post cibũ ascensuꝫ vaporꝫ vini ad caput ꝓhibent:visum cõfortant:pectus mundificant:opilationes laterũ aperiũt:ꝛ spãliter amare.ꝛ vsꝰ superfluitates a viscerib⁹ abstergũt:ꝛ substãtiã cerebꝛi augmẽtant:et matricẽ multũ ꝙuenũt:et bñ nutriunt ꝛ suauiter dormire faciũt ꝛ vias vrine apiunt ꝛ ginguas cõfortãt ꝛ ꝓstringũt cũ cortice exteriori ꝛ qñ sicce aliqualiter torrefiũt sunt cõuenientes stomacho:qꝛ eorũ vnctuositas remouet. Et recẽtes amigdale magis cõpetunt post cibos qꝫ sicce:ꝛ ecõtra de siccis. ¶ Nuces aũt hñt vnã solã bonitatẽ q᷑ a veneno piscium tuent ante cibum comeste:quia ante ꝓsunt:ꝫ plus ꝓsunt ante vt credo:et quo ad istud sicce sunt meliores:q᷑uis nutrimenti via ꝛ quo ad alia virides sint minꝰ nociue. ¶ Auellane epar cõfortant:sed nocent stomacho:ꝛ capiti.ꝛ fm alios paruꝫ differunt a nucibꝰ nisi q᷑ nõ sunt vomitiue. Nõ est aũt auellana tãte caliditatis:sicut nux. Et est maioris nutrimẽti:ꝛ minꝰ vaporosa ꝛ ventrẽ stringit ꝛ nuces magis laxant qꝫ stringant. ¶ Fistici aũt epar ꝓportant:q᷑uis oppositũ dicaĉ superius:ꝛ possunt comedi añ cibum ꝛ post:qꝛ laxant ventrẽ nec stringunt.quidã dicunt q᷑ vẽtrẽ laxãt. ¶ Pinanũ pinꝰ est difficilis digestiõis:ꝛ est multi nutrimenti:ꝛ plus ceteris fructibꝰ oleaginosis cuꝰ nutrimẽtũ est fortẽ. Et renes mundificat:ꝛ similiter mẽbra spũalia:sed ceteris fructibꝰ plus stomacho inimicaĉ. Dactyli aũt sunt indigestibiles.ꝛ caput grauantes:generãtes humores grossos ꝛ viscosos ꝛ venas aperiunt ꝛ pectus leuiant ꝛ screare faciunt ꝛ tussim mitigãt ꝛ dẽtes putridos efficiũt vt quidã asserit. Dactyli aũt participãtes q̃dã stipticitate stomacho sunt boni:ꝛ ventrẽ stringũt. Si aũt predicti fructꝰ cõdiantur cũ melle ꝛ zuccaro ꝛ fisticis:pinei:ꝛ similia minus nocebunt. Sed tamẽ nõ ꝓpetit corporibus tẽperatis eis vti precipue cum magis condiant ad voluptatẽ qꝫ vtilitatem. Hec breuia de fructibus sufficiunt.

¶ De herbis ꝛ oleribus. Cap. xiiij.

DE herbis seu oleribus q̃ sunt in vsu ponende sunt primo regule generales. ¶ Quarus prima est q᷑ omnes herbe simpliciter sunt male in vsu via cibi.vt nutrimẽtũ dẽt corpori.declinãt eñ p suã nãm ad humores melancolicos.ꝛ hoc faciunt etiã a tota natura ꝛ substantia:excepta lactuca ꝛ buglossa.he autem due via cibi sunt meliores seu minꝰ male aut nociue.Herbe eñ frigide puta attriplices spinargia et blete generant san.aquosum flegmaticũ ꝛ inde aptũ putrefactiõi:ꝛ ebullitioni rõne humiditatis seu substãtie.ꝛ paucitatis calidi naturalis.talia eñ cito recipiũt caloꝛ extraneũ.Herbe calide puta salua mẽtha:petrosilinũ:allia:cepe:sinapi:ꝛ similia gñant sãguinẽ acutũ iflãmatiuũ pũgitiuũ calidũ:ꝛ siccũ.ꝛ sicvia cibi nõ multũ cõpetũt corpoibꝰ tẽperatis.nã frigidis cõpetũt via alteratiua et hyeme marie. ¶ Scõa regula est q᷑ herbe nõ debẽt comedi crude nisi interdũ lactuca et portu.cũ aceto ad ꝓpescẽdũ sanguinis feruoꝛẽ.et estuationẽ stomachi et epatis.ꝛ debẽt sumi i ꝓncipio mẽse:ꝛ i pauca quãtitate. ¶ Tertia regula est q᷑ herbis calidis vtendũ est hyeme:et frigi.estate.et herbis tempatis:puta borragine et buglossa vere ꝛ autũno.et omni tpe cuꝫ his addãtur lactuca caloꝛe:ꝛ salua aut mẽtha frigido tẽpore.in vere cũ borragine ꝛ buglossa possunt addi aspagi postq̃ tuerũt ꝓbulliti.

Prima regula.

Scõa regula.

Tertia regula.

¶ Hic ponuntur aliqua documenta. Quorum primū est. q; oibus bonum est seruare dietā consuetā. Et per dietam intelligitur administratio cibi ⁊ potus. Et ratio huius documenti est: quia transgresso a cōsuetudine nocet nocumēto magno. consuetudo enim est altera natura. sicut igit natura custodire oportet sic ⁊ consuetudinē: et specialiter si cōsuetudo fuerit laudabilis. Et sicut oportet seruare cōsuetam administrationē cibi et potus: ita etiā oportet seruare consuetudinē in aliis rebus nō naturalibus ꝓpter eādem rationē. Unde si aliquis fuerit consuetus multū laborare et velit hāc consuetudinē omittere: et in ocio viuere: vel multo minus laborare: vel aliā speciē laboris assumere: et aliud tēpus vel altū modū ꝑcul dubio multū ex hoc debilitatur. Et sic̄ intelligit in cibis ⁊ potibus somno: et vigiliis: et euacuationibus: ⁊ aliis accidentibus. In oibus enim multuz obseruāda est cōsuetudo si sit laudabilis: vel parū laudabilis vel indifferēs i bonitate ⁊ malitia respectu huius ad qō debet fieri permutatio. ¶ Et circa istud sciēdum est q; assueti exercitare vel laborare quibusdam laboribus cōsuetis: dato q; tales sint debiles vel senes mino⁹ leduntur et fortius laborant q; si essent inuenes inconsueti. Et istud vult ypocras scōo aphorismorum: dicēs. Assueti assuetos ferre labores ⁊ si fuerint imbecilles aut senes in consuetis fortibus ⁊ iuuenibus facilius ferunt. Et ratio ē quia isti habent maiorem inclinationem ⁊ consuetudinez ad istos labores: iaz cōsuetudo prius habita leuior ē vt dicitur in cōmento predicti aphorismi. Et ista est causa ꝙre videmus holeos debiles vel senes qui ex consuetudine ali-

Consuetudo altera nā ideo seruanda.

Operationes vniuscuiusq; saporis.

Dulcis.

Amari.

Pōtici

Stipticq.

Unctuosi.

quod exercent opus mechanicuz: facere aliqua que facere nō possent eis fortiores aut iuniores: ꝛ min⁹ ab eis ledunt sicut videmus multoties debilem facilius saccum eleuare ꝯ eo fortiorem: et fabrum antiquuz minus ledi malleatione ꝯ iuuenem fortem non cōsuetum. ¶ Scōm documentū est. q⁹ mala pessimo. id est magnū nocumētū sequitur ex permutatione diete cōsuete vt vult ypocras nisi fuerit necesse eā permutare. Est aūt necessariū eā pmutare: primo quando est illaudabilis: sic q⁹ ex ea peruenirek ad pessimas egritudines: sicut consuetudo comedendi malos cibos in fine ex necessitate perducentes ad malas egritudines. Talem enim cōsuetudinē et silles necesse est corrigere et permutare. vel totaliter vel saltē infra terminos latitudinis earuz: ꝙz hoc dz fieri paulatim: ꝛ ꝙz quēdā ordinē. Nā omnis subita mutatio vehemēter nocet: ꝛ specialiter a cōsueto ad icōsuetū. Secūdo necesse est eā permutare vt aliquis minus ledatur ex inconsueta si postea ad eam se transtulerit. Si enim quis ad oēm dietā se assuescat minus ab omni ledet. cū se ad eam transtulerit. Et istud etiā intelligenduz est in alijs rebus nō naturalibus. Et istud est quod dicit ypocras secundo aphorismorum. Ex multo tempore consueto et si fuerint deteriora insuetis minus molestare ꝙsueuerūt opz igitur ad nō consueta transmittere. Et circa istud est sciēdum q⁹ quilz debet sibi cauere ne vnius rei: quātūcūz bona sit: sibi cōsuetudinē faciat: quam ipsuz seruare sit necessariū verbi gratia: siquis vno cibo consueto semper vtak: vel aliq̄ potu: vel totaliter ab eis abstineat: vl dormire: vel coire totaliter assuescat: ꝛ ad hoc grauiter astringak. maximū enim incurreret nocumētū: si interdū ab eisdē oporteat abstinere: sic igitur quodlibet corp⁹ se disponere debet vt calorem ꝛ frigus pati possit: ꝛ ad motiones et quelibet nutrientia aptus reddatur: ꝛ vt somni ꝛ vigiliarū horas mānsiones et domos lectos et indumenta sine lesione permutare possit: quod quidem poterit fieri si ꝙsuetudo nō obseruetur ad vnguē: sed interdum ad inconsueta transeamus. Opz igitur ad inconsueta aliquādo pmutare. Et istud vult Rasis quarto almansoris. capło. de conseruatione consuetudinuz. ¶ Tertiū documentum est. q⁹ fortior ꝛ potior metha in medicando egrum est administrare dietā certā: quā si medicus non curauerit: ꝛ aliā indebitam administrauerit: fatue regit egrū: ꝛ male eum curat. Et circa istud est sciēdum q⁹ triplex est dieta: scz grossa: que est quasi dieta sanorū ꝛ tenuissima: q̄ est nihil dare. vel quasi media q̄ absolute tenuis dicitur. Et ista diuiditur in dietā tenuē declinātem ad latus grosse: sicut aqua carnis: ꝛ qua sorbilia ꝛ pulli parui. ꝛ declinantes ad tenuissimā sicut aqua ordei melli cratū: ꝛ vinū granatoꝝ. ꝛ mediam q̄ certa nominatur: vt ptisana non colata: ꝛ extremitates pulloruz. Et ista dieta certa in pluribus conuenit egritudinibus: nō tamen in oībus. Non enim conuenit in egritudinibus longis: q: in talibus oportet ꝓtūē longo tpe esse anteq̄z perueniat ad victoriā: ꝛ virtus cū dieta certa tanto tēpore non posset perdurare sine magna debilitate: oportet ergo in tali egritudine cibū ingrossare. Silr nō conuenit in acutissimis egritudinibus: scz in illis que terminank in quarto die vel ante: quia in talibus conuenit dieta tenuissima: vt vult ypocras primo aphorismorum: vbi. Ad vltimas egritudines vltime curationes ad perfectionem sunt potentes.

Cōsuetudo mala paulatī mutāda

Quale quid ꝛ quando quantū quotiēs vbi dādo. Ista notare cibo debet medicus dietando.

¶ In isto textu ponuntur sex a medico cōsideranda in administratione diete. Primum est quale. i. cuius qualitatis debet esse cibus: q: in egritudine calida debemus egrū dietare frigido cibo: ꝛ in frida calido. In humida sicco in sicca humido. Uerum est tamē q⁹ naturalis complexio dieta sibi simili conseruari debet: vt vult Galienus tertio tegni: vbi. Calidiora calidioribus indigent adutorijs. Frigidiora frigidioribus ꝛc. ¶ Secūdū est quid: id est cuius substātie debet esse cibus: quia athlete ꝛ rustici fortiꝫ⁹ exercitijs supposīti debent dietari cibo grosso: quia in eis virtus digestiua est fortis: ꝛ sic nō debēt vti cibis subtilibus: vt pullis: caponibꝫ carnibus vitulinis seu hedinis: quia iste carnes in eis adurerentur: aut nimis cito digererentur quare necesse esset eis sepe comedere. Nobiles ꝙo ꝛ in ocio viuentes debent vti dieta subtilis substātie: quia in eis ꝛtus digestiua est debilis: nō potens in grossos cibos: cuiusmodi sunt carnes porcine salse et bouine: et pisces sole exiccati. Similiter in egris egrotātes egritudinib⁹ acutis debēt vti subtiliori dieta q̄z egrotātes egritudinibus cronicis id est lōgis sicut quartano. ¶ Tertiū est: quādo: id est quo tēpore dieta debet dari: q: in sanis maxime debet attendi cōsuetudo. Unde in estate homines mane surgentes ꝛ cōsueti bis solū in die comedere: debēt comedere hora decia vel modicū ante: ꝛ non expectare mediū diei propter nimium diei calorem. Similiter debēt cenare hora sexta vel modicū post. In hyeme vero debēt prādere hora vndecima vel duodecima ꝓpter longitudinē somni: et deinde cenare hora septima vel modicū post. ꝛ maxime seruāda est cōsuetudo. In egris vero etiā considerādū est tempus. q: in febribus in paroxismo: vel statim ante paroxismum: vel statim post nō est danda dieta: quia si statim añ paroxismum vel in paroxismo detur: natura diuertitur a digestiōe materie febris: per hoc q⁹ debet digestioni cibi esse intēta. Et nō debet dari statim post paroxismū: q: virtus adhuc multū debilitata est ex paroxismo immediate p̄cedenti. Debet igit dari dieta ante paroxismū tāto tēpore q⁹ possit digeri ante aduentum paroxismi: vel debet dari aliquo tēpore post paroxismū. Et istud est verū nisi timeak magna debilitas virtutis: tunc enim dandus est cibus quocūcz tēpore. Accidentibus enī virtutez dissoluentibus cibus illico dādus est. vt vult Galenus in cōmento illius aphorismi prime particule. Contemplari autem oportet. ¶ Quartū ē quātuz: id est quātitas cibi sumendi. quia vt dictū est pr⁹: quātitas cibi estate comedēdi pro qualibet vice dz esse pauca q: calor naturalis tunc debilis est propter nimias resolutiones. In hyeme ꝙo cibus vna vice sumendus dz ē multus q: virtus digestiua tunc fortis est: cuz calor naturalis sit virtus ꝓpter frigus circunstās vt dictū est pr⁹ ibi. Tēporibus veris. Quintū est quotiens. i. quotiēs in die sit cibus dandus q: in estate debet sepius dari q̄z in hyeme: autūno: vel vere ꝙz modicū pro qualibet vice. vt etiaz pr⁹ dictū est. Similiter virtute digestiua existente debili sepe et modicū de cibo est dādū: virtute vero existente fortī potest multū dari ꝛ paucis vicibus. ¶ Sextū est vbi. i. in quo loco: q: cibus non est sumendus in loco frigido multum nec multum calido. sed magis in loco temperato.

De cauibus.

Jus caulis soluit: cuius substantia stringit. Utraq̄z quando datur venter laxare paratur.

¶ In hoc textu auctor dicit tria. Primū est: q⁹ ius caulis. id est aqua ꝛ maxime prime ebullitiōis cauliū si bibak soluit ventrē. Cuius causa est: q: foliis ꝛ partib⁹ exteriorib⁹ cauliū inest virt⁹ q̄dā nitrosa abstersiua debiliter inhērēs ꝛ facile separabilis ꝓ modicā decoctionē siue ebullitionē que sparsa per aquā ipsam laxatiuā reddit. Et hinc etiā ē q⁹ prima aqua decoctionis caulium magis laxat q̄z secunda: quia ista virtus nitrosa abstersiua ꝓ primā decoctionē plurimū separat. ¶ Secundū q̄z dicit est. q⁹ substātia cauliū ꝛ hoc post decoctionē eoꝝ stringit ventrem. Et cā ē: q: omnis virtus q̄ laxaret ꝓ decoctionē ab ea ablata ē ꝛ manet substātia terrea sicca que ventrē stringit. ¶ Tertiū q̄z dicit est. q⁹ vtraq̄z simul sumpta: scz aqua decoctionis cauliū ꝛ substātia eoꝝ laxant ventrē. Et ratio est: q: virtus abstersiua ꝛ nitrosa in aqua manet gratia cuius totuz laxat.

¶ Pro maiori notitia sciēdū est primo q⁹ caules generant humores melācolicū: ꝛ somnia mala: mali sunt stomacho: parū nutriunt: visuz obtenebrāt: somnū inducūt: mēstrua ꝛ vinā prouocant. vt partim ab Aui. secūdo cas. ꝛ partim a Rasi tertio Almansoris colligitur. ¶ Secūdo sciendum est. q⁹ comestio caulis siue decoctionis siue seminis eius ꝓ hibet et retardat ebrietatem. vt videt innuere Aristoteles tertia particula problematuz querēs propter quid caulis soluit crapulā: et idē volūt Rasis ꝛ Auic. locis allegatis Cuius causa potest esse ista ꝙz aliquos: q: ꝓpter comestionem caulis elevank fumi valde grossi ingrossantes fumositates vini: que ingrossate impediunk penetrare ad cerebrū propter earū grossitudinē. Philosophus vero ꝓblemate predicto

Caulis tardat vel prohibet ebrietatem.

predicto aliam dat causam: istā. s. q; oē qō trahit humidū vinosum ad se ac a corpore repellit: ⁊ corpus infrigidat curat crapulam: sed caulis est hmōi: ergo curat crapulā. Qō autem caulis sit huiusmodi ꝓbat: q; per succū caulis q̄ est diureticus trahuntur humiditates vinose indigeste a toto corpore. ⁊ in vesicam deferuntur ⁊ substantia eius frigida stiptica ⁊ terrea in stomacho relicta non potens penetrare infrigidat totum corpus. Et per consequens curat crapulam hoc mō: quoniaz superfluitates subtiles que nō poterant deorsum tendere propter caliditatem vini mouentes eas ad superiora: vt ad cerebrum ferunt repelle deorsum ⁊ virtute succi trahuntur ad vesicā. Est enim diureticus et menstruorum prouocatiuus. vt dictum est.

Dixerunt maluam veteres: quia molliat aluum.
Malue radices rase dedere feces.
Aulue mouerunt ⁊ fluxum sepe dederunt.

De malua. ¶Hic ponūtur tres proprietates siue effect⁹ malue. Quorum primus est: q̄ malua mollificat ventrem: q; est vnū de remollitiuis. sunt enim quatuor remollitiua: scz malua: bis malua branca vrsina: ⁊ mercurialis: ex quib⁹ cōtrit fit clystere lenitiuum ⁊ mollificatiuum: quod valet ad fecum indurate rum eductionē. Et est duplex malua: quedam enim est habens sanguineos flores. Et alia est habens albos flores: ⁊ in ista est maior proprietas mollificandi q̄ in prima.

Dupler malua.

¶Scōs effect⁹ ē. q̄ radices malue abrase educūt feces et hoc est quando ex ipsis fiunt suppositoria sicut solent fieri de radice mercurialis. ¶Tertius effectus est: q̄ malua facit fluxum menstrui in mulierib⁹: ⁊ hoc ē ꝓpter nimiā et⁹ humectationem ⁊ lubrificationem qua vene matricis faciliꝰ a sanguine acuto fundūtur: ⁊ dicit Platearius q̄ certo experimento menstrua prouocat.

De mēta. Mentitur menta si sit depellere lenta.
Vētris lumbricos stomachi vermesq; nocuos.

¶Hic ponit auctor vnū documentuz de menta dicens q̄ nō debet denominari hoc nomine menta si nō habeat vis statum auferendi vermes vētris ⁊ stomachi. Menta enim magne ⁊ fortis ē aromaticitatis et magne amaritudis: et ideo quēadmodū absinthius vermes interficit: sic ⁊ menta. Et debet dari decoctio eius sicut ⁊ absinthij et non substantia. Aduertendum tamen quia multum calida est sicca sanguinez adurens non cōpetit via cibi in regimine sanitatis. Bene tamen conuenit via medicine: q; stomachuz confortat ⁊ ipsuz calefacit ⁊ sedat singultum ⁊ digerit ⁊ ꝓhibet vomitum flegmaticuz ⁊ sanguineuz: et ad cottuz incitat propter inflationē que est in ipsa: ⁊ humiditatē horta lanam ⁊ prohibet sputuz sanguinis. Et cōfert ad morsum canis rabiosi: ⁊ est propria ad illud: et si frusta ipsius in lacte demittuntur non caseatur vt colligitur ex Auicē. scōo

De salua. cañ. capitu. de menta.

Cur moriatur homo: cui saluia crescit in horto.
Contra vim mortis non est medicamen in hortis.
Saluia confortat neruos: manuumq; tremorem
Tollitq;: ⁊ eius ope febris acuta fugit.
Saluia: castoreum. lauendula primula veris.
Nastur athanasia sanant paralytica membra.
Saluia saluatrix nature consiliatrix.

¶In hoc tertu auctor principaliꝰ tria facit. Primo innuit magnaz vtilitatē saluie querens per moduz dubij. Cur homo moriatur in cuius horto crescit saluia. Ad hoc respondetur in secundo versu sic. q̄ nulla est medicina crescens in hortis que prohibeat mortē quāuis in hortis bene crescat medicina prohibens putrefactionez corporis ⁊ humiditatem naturalez defendens ne cito dissoluatur. Et istud innuit Auicen. tertia primi. capitu. singulari: dicens. Et ars quidez sanitatez custodiendi non est ars que a morte securos nos faciat neq; corpus ab extrinseco nocumento muniat: neq; vnūquodq; corpus ad vltimaz vite longitudinē perducat: que est ſm hominez absolute: sed de duabus rebus securitatez prebet putrefactionis penitus prohibitio ne: et defensione humiditatis ne cito dissoluatur. ¶Secūdo ponit tres effectus saluie. Quorum primus est: q̄ saluia confortat neruos: quia exiccat humiditates quibus impediuntur et relaxantur nerui. Secundus est. q̄ remouet tremorez manuū. Cuius causa est: quia confortat neruos: vt dictū est. Jam omne confortans neruos tremorē remouet cum tremor causetur ex debilitate neruoruz. Et propterea senes aliqui ⁊ vetule specialiter imponunt potui siue cibo eorum folia saluie. Tertius est. q̄ remouet febrez acutā. id est impedit eā ne contingat. Cuius causa potest esse: quia exiccando humores impedit eorum putrefactionē: ad quaz posset sequi febris acuta. Et pro maiori notitia sciendū est q̄ saluia est calida ⁊ sicca: ⁊ ideo non multū cōpetit per se via cibi. Quia tamen ipsa saluia multū confortat neruos: homines in sanitate multū vtuntur saluia, dupliciter. Primo quidez cōponendo ex ea vinuz saluiatum quo vino homines in latitudine sanitatis vtuntur specialiter in principio mense: ⁊ cōpetit huiusmodi vinū paralyticis: ⁊ epilepticis moderate sumptum: ⁊ precedente purgatione antecedentis medicine. Secūdo vtuntur saluia in salsi⁹ cū ex citat appetitus: et specialiter cuz stomachus fuerit repletꝰ malis humoribus crudis et indigestis. Et est duplex saluia. scilicet domestica: ⁊ habet lata folia et magna. Alia ē que vulgariter nobilis dicitur: et habet minora stricta folia. ⁊ apud medicos dicit lilifagus. ¶Tertio enumerat auctor ser res medicinales valentes in curatiōe paralysis ⁊ dicitur q̄ saluia: castoreū: lauēdula primula veris: nasturtiuz: et athanasia curant: ⁊ sanant mēbra paralytica. i. paralysi tacta siue debilitata. ¶De saluia autē causa ꝓ ex dictis: quia vt dictum est. saluia confortat neruos qui paralysi debilitati sunt. ⁊ etiam quia saluia calida est ⁊ sicca: cōsumit materiaz flegmaticam inhabitantē neruis: ex qua fit paralysis ¶De castoreo patet: quia castoreuz est mixti me confortatiuum: calefactiuum: et exiccatiuū neruoꝝ: dicit enim Auicenna secundo canone capitulo de eo q̄ ē subtilius et fortius omni quod calefacit et exiccat. Et postea dicit q̄ cōfert neruis ⁊ calefacit: ⁊ confert tremori et spasmo humido: ⁊ stupori a paralysi. Et postea adhuc subdit. q̄ nō est aliquid magis tuatiuuz vētositati in aure q̄ ipse cū ex castoreo accipitur quātū est lenouna ⁊ dissoluitur in oleo nardino ⁊ distillatur in eā. Plures alios effectus habet castoreum: quos Auicenna narrat loco ꝓallegato. Et est castoreum testiculus cuiusdā animalis marini quod dicitur castor. Et oleū de castoreo etiam multū valet in paralysi. sicut castoreum post euacuationē materie: quia tūc illam materiaz que residua est ꝓsumit: et neruos confortat.

Castoreū.

Lauendula.

¶De lauendula etiā patet. quia sua aromaticitate confortat neruos: ⁊ sua calefactione consumit materiam paralysis. ¶De primula veris etiam patet. quia sua aromaticitate ⁊ calefactione confortat neruos. Et dicitur primula veris: quia est de primi aromaticis in vere crescentibus.

Primula veris

Nasturtiū.

¶De nasturtio patet: q; nasturtium est calidum: ⁊ siccum: ⁊ subtiliatiuum ⁊ incisiuum: et resolutiuum: quare aufert materiam paralysis. Et dicit Auicenna secundo canone. capitulo de eo: q̄ confert omni mollificationi neruorum quia calefacit et educit flegmata. ⁊ mūdificat neruos a flegmate. Et iō consulunt medici vt nasturtiuz in quadragesima edatur propterea quia cibi quadragesimales sunt flegmatici. Et est nasturtium herba cōis crescens in locis frigidissimis scilicet in locis petrosis ⁊ aquosis vbi sunt multi fontes. ¶De athanasia vero que alio nomine vitenacetum teuthonice tent vel reynvarn patet: q; ista herba habet virtutez purgandi flegmata ⁊ sua caliditate exiccat neruos. Et etiam habet virtutem purgandi vermes ⁊ materiam ex qua generantur. Et ideo gallici communiter in diebus paschalibus vtuntur athanasia frita cum ouis ad purgandū flegmata ex piscibus in quadragesima generata ex quibus facile generantur in vermes in dispositis. Et in fine tertius auctor subdit q̄ saluia dicitur quia sit saluatrix nature.

Athanasia tenacetū.

Nobilis est ruta quia lumina reddit acuta.
Auxilio rute vir quippe videbis acute.
Ruta viris coitum minuit: mulieribus auget.
Ruta facit castum: dat lumen ⁊ ingerit astum.
Locta facit ruta de pulicibus loca tuta.

De ruta.

¶ Hic auctor ponit quatuor effectus rute. Primus est. q̄ acuit visum: & ꝑpue succus eius: vt dicit Auicēna secūdo can̄. cap. de ea: & pu⁹ dictū ē. ibi. Allia nux ruta. Scōꝺ⁹ē q̄ ruta minuit desiderium coeundi in viris: sed in mulieribus auget. Cuius cā potest esse ista: quia ruta sua caliditate et exiccatione sperma in viris minorat: qō subtile est & acreū: sed in mulieribus subtiliat & calefacit: quia in eis sperma ē aquosum & frigidū. & ergo eas magis ad coitū incitat propter subtiliationē & caliditatem spermatis ex ruta. Tertius effectus eius est q̄ ruta facit assutiā. i. facilem apprehēsionem & inuentionem alicuius medij in causa subtili quia ꝑpter calefactionē et exiccationē subtiliat spiritus: & sic ingenium clarificat. Quartus effectus est q̄ decoctio: rute

Fugantia pulices. effugat pulices: et hoc si ex ea irroretur domus: quia interficit eas: sm cōiter dicunt medici. Et sm Auic. sexta quarti tractatu tertio. cap. de effugatione pulicū. Quādo aspergitur domus cum infusione colloquintide saliunt pulices & fugiunt et similiter ex decoctione rubi. Et postea subdit Auicena. Et dixerunt quidaꝫ quādo ponitur sanguis hirci in fouea in domo: aggregantur pulices apud eum: deinde moriuntur. Et similiter aggregant̄ super lignū linitum ex adipe ericij: et effugiunt ex odore caulis & foliorum oleā dri. Et sm aliquos nihil magis detectuū est pulicū q̄ res fortis odoris: et ergo rupta valet menta menstrum lupul⁹ lupinus & super omnia feces vel vrina equi. Item domus irrorata ex decoctione seminis rape occidit pulices. Et si fumigēt̄ domus ex cornu taurino fugient pulices. Pro captione tamen earum nihil melius est q̄ impositio pauci bō bacij in lecto: quia in illo aggregantur.

De cepis. De cepis medici non consentire videntur.
Cholericis nō esse bonas dicit galienus.
Flegmaticis vero multum docet esse salubres.
Presertim stomacho: pulchrumq̄ creare colorem.
Contritis cepis loca denundata capillis.
Sepe fricans poteris capitis reparare decorem.

¶ Hic loquitur auctor de cepis. Et dicit quinq̄. Primum est. q̄ medici dissentiunt de natura ceparum: q̄ aliquibus videt̄ q̄ cepe bone sunt flegmaticis. Aliqui vero q̄ eis nō valent: sicut forsan Rasis vult: quia dicit eas tertio almā sorio: generare humores superfluos in stomacho & flegmaticos. ¶ Secundū est. q̄ Galienus dicit cepas multuꝫ ob esse cholericis. Cuius causa est quia vt dicit Auicē. secūdo can̄. cap. de cepe. Cepe est caliduꝫ in tertio: & ergo nocet caldis vt sunt cholerici. ¶ Tertiū est. q̄ cepe multum valent flegmaticis: quia sunt calide incisiue. subtiliatiue: abstersiue: & aperitiue: ꝛc flegmaticos humores viscosos in flegmaticis multiplicatos digerunt incidunt: subtiliāt: & abstringunt. ¶ Quartū est. q̄ cepe valent stomacho: q̄ mundificant ipsum a flegmaticis & ipsum calefaciūt: & ergo dicit Auic. loco ꝓallegato q̄ illud quod ex cepe comeditur propter suam caliditatē confortat stomachū debilē. Et ꝑpter illud etiam decorant colorem faciei: q̄ nō est possibile colorez facies esse vividū stomacho existēte multū flegmatico aut repleto malis humoribus crudis et flegmaticis. ¶ Quintū est q̄ loca depilata. i. loca pilis priuata pilos siue crines recuperant si conterātur cepe cocte & ex eis fricentur loca depilata. Et istud verū est quādo depilatio accidit propter oppilationē poroꝝ & corruptionem materie sub cute: quia cepe aperiunt poros: & resoluunt materiam malā: que sub cute est: & bonā ad locum attrahūt. Et ergo fricatio cum cepis valet in alopicia multum: vt vult Auic. secūdo can̄. cap. ꝓallegato. & septima quarti. cap. de cura alopicie. Et propter istud infert textus q̄ capitis decor poterit reparari per istam fricationē cum cepis: q̄ capitis deco: pili sunt. Pro maiori noticia effectuꝫ ceparū sciendum est. q̄ cepe excitant coitum appetitum prouocant faciem rubificant: cū melle verrucas eradicant: sitim faciūt: intellectui nocent: q̄ humorem malum grossum generant: salliuam multiplicant: et succus earū confert aque descendenti in oculum et abstergit visum: sicut colligitur ex Auicen. secundo cano. capit. allegato. ¶ Sciendū viterius q̄ cepe trite cum melle ex aceto conferunt morsui canis rabidi. Et ergo q̄daꝫ superaddunt textui ꝓcedenti istos duos versus. Appositas prohibent morsus curare canes. Sistrite cum melle prius fuerint et aceto. Et isto etiā prius dictum est: ibi. Allia nux ruta.

De synapi. Est modicum granum siccū calidumq̄ synapis.
Dat lachrymas: purgatq̄ caput: tollitq̄ venenuꝫ.

¶ Hic auctor duo facit. Primo ponit complexionē ipsius grani synapis dicens: q̄ granum synapis est modicuꝫ granum calidum & siccum: quod verum est: quia est calidū et siccū vsq̄ ad quartum gradū: sm Auic. secūdo canone. capitulo de synapi. ¶ Secundo ponit tres proprietates siue effectus grani synapis. Primus effectus est: q̄ cōmouet lachrymas. Cuius causa est: q̄ sua caliditate nimia subtiliat & dissolut humiditates cerebri: ex quibus tunc propter earum fluxum proueniunt lachryme. Scōs effectus seminis synapis est q̄ expurgat caput. i. cerebrū mundificādo & abstergēdo humiditates flegmaticas a capite. Expurgat ēt caput naribus impositū prouocando sternutationem sua mordicatione. & ideo imponitur naribus appopleticoruꝫ. Per sternutationē aūt expelluntꝫ nocumenta cerebri. Et similiter semen synapis sua caliditate subtiliat flegmata et dissolut illa que opilant meatus cerebri: ex quorum opilatione sequitur appoplexia. Et sic relinquitur q̄ semen synapis est valde incisiuum flegmatis & consumptiuum et mūdificatiuum. Tertius effectus est q̄ tollit venenū. Et istud concordat cum dicto Auicenne loco ꝓallegato: scilicet q̄ fugiunt ex fumo eius vermes venenosi.

De viola. Crapula discutitur capitis dolor atq̄ grauedo.
Purpuream dicunt violam curare caducos.

¶ Hic ponuntur tres proprietates siue effectus viole. Primus effectus est. q̄ viola habet proprietatē sedandi ebrietatem. Cuius causa potest esse: quia viola odorem habet temperatum atq̄ suauē: & talis maxime est cōfortatiuus cerebri: forte enim cerebrum nō patitur cito ebrietatez sed debile. Et etiam viola est frigida: quare cerebrum infrigidat: & sic ineptificat ipsum ad recipiendum fumuꝫ calidū. ¶ Scōs effectus est⁹ est. q̄ viola est sedatiua doloris capitis atq̄ grauedinis. Et istud verum est de dolore capitis ex calida causa: vt vult Auicen. scōo can̄. cap. de viola. Et similiter Rasis tertio almansoris: et ꝓbatur. Et ratio ē: q̄ viola est frigida & sic repugnat cause calide. ¶ Tertius est. q̄ viola dicitur curare caducos. idest epilenticos. Et dicit notanter in textu dicunt: quia cōes auctores nō attribuit istū effectum viole. Et ergo si iste effectus cōuenit viole: cā eius potest esse. quia propter aromaticitatē viole cerebrū confortatur: quod existente forti a modicis nocumentis nō leditur: & per consequens etiam non incurrit epilepsiā que dicitur parua appoplexia ex oppilatione neruorum sensitiuorum contingens.

De vitica. Egris dat somnuꝫ: vomitum quoq̄ tollit ad vsuꝫ.
Compescit tussim veterem: colicisq̄ medetur.
Pellit pulmonis frigus: ventrisq̄ tumorem.
Omnibus & morbis subueniet articulorum.

¶ Hic ponuntur septem effectus vitice. Quorū primus est q̄ vitica dat egris somnum: quia est subtiliativa: et incisiua: & abstersiua flegmatis: & grossoruꝫ humoruꝫ naturam grauantium: et somnum impedientium. ¶ Secundus effectus eius est. q̄ tollit vomitum et vsum vomitus. Et ratio est: quia vomitus et nausea multuꝫ accidunt ex humore viscoso cuius vitica est incisiua. ¶ Tertius est. q̄ vitica sedat tussim antiquam: et maxime mel in quo temperata fuerint semina vitica: quia viticā de pectore flegma expellit viscosum: secūm Rasim tertio Almansoris. Et similiter eius semen: cum maxime sit incisiua abstersiua & subtiliativa. Et dicit Auicēna secundo canone. capitulo de vitica q̄ cum bibitur cum aqua ordei mundificat pectus & quando decoquuntur folia eius in aqua ordei educit humores grossos qui sunt in pectore sed eius semē est fortius. ¶ Quartus est q̄ cōuenit colicis. id est colicā patientibus q̄ vitica incisiua subtiliativa resolutiva et abstersiua humiditatis flegmatice aut ventositatis grosse ex quibus ꝓuenit colica plurimū

cā plurimū. Et ē cholica egritudo doloꝛosa in intestino dicto colon: sicut yliaca egritudo doloꝛosa in intestino dicto yliō. ¶ Quintus est. q̄ vitica expellit frigus pulmonis. et hoc est ꝓpter sui caliditatem. ¶ Sextus est. q̄ vitica est sedatiua tumoꝛis ventris. q̄ resolutiua est vētositatis: et q̄ vtplurimū fit tumoꝛ ventris. ¶ Septimus ē. q̄ vitica subuenit doloꝛib⁹ articuloꝛū. i. iuncturarū sicut aretice sciatice et podagre. Et hoc verum est quādo pꝛouenīūt a materia frigida flegmatica grossa. Cuius cā est: q̄ vitica est calefactiua incisiua subtiliatiua materie flegmatice grosse. Et ꝓter istos effectus: ꝑm Auic. secūdo can. ca. de vitica excitat coitum ꝓpter semen eius cum vino et aperit orificium matricis: et soluendo educit flegma et humoꝛem crudum sua absterꝺione: et nō cū virtute solutiua que sit in ipsa. Ne tamē aliquis in gutture ex vitica aut eius semine lꝺatur: bonū est q̄ post eius sumptionem bibatur aliquid de oleo rosaceo. Et est vitica calida in principio tertij gꝛaꝺus: et sicca in secundo: ꝑm Auic. loco pꝛeallegato.

De ysopo. Ysopus est herba purgās a pectoꝛe flegma.
Ad pulmonis opus cum melle coquatur ysopus.
Unitibus eximium fertur reparare coloꝛē.

¶ Hic ponuntur effectus ysopi. Quoꝝ primus est. q̄ ysopus purgat flegma a pectoꝛe. Cuius cā est: q̄ ysopus est herba calida et sicca: in tertio multum absterꝺiua dissolutiua: et consumptiua humiꝺitatis flegmatice: et hꝫ respectū singularem super partes pectoꝛis: et ꝓpterea ysopus ꝓpꝛiissime ꝺicitur purgare flegma a pectoꝛe. ¶ Scō effectus est. q̄ etiā valet ad purgandū pulmonē a flegmate eaꝺem de causa. Et ꝓpꝛie si coquatur cū melle: q̄ mel etiaꝫ est absterꝺiuū: et absterꝺiōe mellis augmentat absterꝺio ysopi. Et istud iꝺem vult Auic. secuꝺo can. cap. de ysopo ꝺicens q̄ ysopus cōfert pectoꝛi et pulmoni patientib⁹ a ꝺisnia et tussi antiquis: et eius ꝺecoctio cum ficubus et melle sit. ¶ Tertius effectus est q̄ facit bonū coloꝛem faciei: et istud vult etiam Auic. loco pꝛeallegato ꝺicens: q̄ eius pot⁹ efficit coloꝛem bonum. Et ꝓter istos effectus soluenꝺo eꝺucit flegma et vermes: vt vult Auic. ibiꝺem. Et secūꝺū Platearium vinum ꝺecoctionis eius matricem munꝺificat a superfluis humoꝛibus et absterꝺit.

De cenfolio. Appositum cancris tritum cum melle meꝺetur.
Cum vino potum poterit sedare doloꝛem.
Sepe solet vomitum ventremq; tenere solutum.

¶ Hic ponūtur tres effectus cenfolij. Primꝰ est q̄ cenfolū tritū cū melle et ꝛappositū cancro curat ipsum. Et istud iꝺem ꝺicit Platearius. cap. de cenfolio. Et est cancer apostema melancolicū coꝛroꝺēs partes coꝛporis tā carnosas q̄ nervosas. Et ꝺicit cancer: quia ꝓcꝺere viꝺetur vt cancri. ¶ Scōs effectus est. q̄ cenfolū biꝺitū cū vino absciꝺit doloꝛem ventris. Cuius cā est. q̄: ventris inflationē de grossa ventositate ex qua ꝓuenit doloꝛ mitigat: cū stomachi vētositatē et oīm viscerū soluat: et opilationem aperit. et ad hoc etiā coaꝺiuuat vinū. ¶ Tertius effectus est. q̄ cenfolū sedat vomitū et fluxum vētris. Cuiꝰ cā est. q̄: cū cenfolū calidū sit in tertio gꝛaꝺu: et siccū in scōo mām illaꝫ ꝺigerit et exiccat ex q̄ ꝓuenit vomitꝰ. Et ist⁹ marie verū ē q̄n vomitꝰ aut solutio vētris ꝓuenīūt a mā frigiꝺa flegmatica. Et ꝓter istos effectꝰ ꝓuocat vinā: et mēstrua: et soluit doloꝛē lateris renū: et vesice: et ꝑapue ꝺatuꝫ cū mellicrato.

De enula. Enula campana reꝺdit pꝛecoꝛdia sana.
Cum succo rute si succus sumitur huius.
Affirmant ruptis nil esse salubꝛius istis.

¶ Hic ponuntur ꝺuo effectꝰ enule campane. Quoꝝ primus est. q̄ enula campana confoꝛtat pꝛecoꝛdia. i. oꝛificiū stomachi quoꝺ ꝓꝓie pꝛecoꝛdium ꝺicitur siue mēbia spiꝛitualia. i. membꝛa anhelitus. q̄ vicina sunt coꝛꝺi: et speciaꝫ raꝺix eius. Qō autem confoꝛtet oꝛificium stomachi patet: q̄ cū raꝺix enule sit oꝺoꝛifera cōfoꝛtat mēbia neruosa. Oꝛificium aūt stomachi mēbꝝ neruosum est. Qō autē cōfoꝛtet mēbia spiꝛitualia patet: q̄ vinū factū ex enula qō vocatur vinum enulatum mūꝺificat pectus et pulmonem vt vult Auicē. scōo can. cap. de enula. Et enula etiam ꝑm ipsum ibiꝺē ꝺeglutita cum melle aꝺiuuat ad expuēꝺū: et est ex eis q̄ letificant et confoꝛtant coꝛ. ¶ Secūꝺus effectꝰ est q̄ succꝰ enule cū succo rute maxime valet ruptis. i. pattēti ꝺus ruptuꝛam sive ꝺescensum inteꝛstinoꝝ aꝺ buꝛsam testiculoꝝm: et hoc maxime quāꝺo ruptuꝛa est ꝓpter ventositatem: q̄ illam ꝺissoluunt succus rute et enule. Et ꝓter istos effectus enula bona est stomacho malos humoꝛib⁹ repletis et aperit opilationes epatis et splenis: vt vult Rasis tertio almansoꝛis. Et confeꝛt oībus lesionibus et ꝺoloꝛib⁹ frigiꝺis et cōmotionibus ventositatum et inflationis scōꝝ Auicennā loco pꝛeallegato.

Cum vino choleram nigram potata repellit.
Sic ꝺicunt veterem sumptum curare podagrā.

¶ Hic ponuntur ꝺuo effectus pulegij. Quoꝝ primus est: q̄ pulegium et ꝓncipaliter aqua eꝝ sumpta cū vino purgat cholerā nigram. Secūꝺus est: q̄ pulegium habet ꝓꝓietatem curanꝺi podagram veteꝝ: et quo habet ꝓꝓietatem liquefactiendi et ꝺissoluēꝺi flegma ex quo podagra sepius generari solet. Et circa istuꝺ est notāꝺū q̄ vt ꝺicit Plateariꝰ. Pulegiū est caliꝺū et siccū. in tertio gꝛaꝺu: subtilem habet substantiā: virtutem habet confoꝛtatiuam et aꝛomaticitate: aperitiuam ex substantia et qualitatib⁹. attractiuam ex ignea substātia vel natura: consumptiuaꝫ ex caloꝛe et siccitate. Et solum vinum ꝺecoctionis eius valet contꝛa doloꝛem stomachi. et inteꝛstinoꝝ ex frigiꝺitate vel ventositate. Depulegio.

Illius succo crines retinere fluentes.
Illitus asseritur: dentisq; curare doloꝛem.
Et squāmas succus sanat cū melle perunctus.

¶ Hic ponūtur tres effectus nasturtij. Quoꝝ primus ē. q̄ nasturtium habet ꝓꝓietatem retinenꝺi crines ꝺefluētes: et hoc si caput vngatur cū succo eꝝ: vel si aqua: vel succus eius biꝺatur. et hunc effectū tāgit Auic. scōo can. cap. de nasturtio ꝺicens. Retinet capillos caꝺentes biꝺitū et litum. ¶ Scōs eius effectꝰ est. q̄ curat doloꝛem ꝺentū et hoc maxime ex causa frigiꝺa: quia nasturtium est incisiuū resolutiuum: et calefactiuū: vt patuit pꝛius ibi. Cur mortatur homo. ¶ Tertius effectus eius est: q̄ succus habet ꝓꝓietatē curanꝺi squāmas pelli aꝺheꝛētes quāꝺo sumit cum melle et eꝛ eo linitur locus. Et causa est: q̄ tales squāme generantur ex flegmate salso. Nasturtiū aūt vt ꝑꝺictuꝫ est oē flegma purgat. et ergo per intus sumptum pꝛohibet causam squāmaꝝ: et ab exteꝛius linitū sua absterꝺiōe eas abstergit: et maxime cum melle: quia hoc etiam absterꝺiuū est: et sic tuuat absterꝺionē nasturtij. Et ꝓter istos effectꝰ nasturtiū exiccat putreꝺinē vacuitatis ventris mūꝺificat pulmonē: et confeꝛt asmati: et in meꝺicinis asmatis ponit ꝓpter illuꝺ q̄ est in ipso ꝺe incisione et subtiliatione: calefacit stomachū: et eparꝛ et confeꝛt grossitiei splenis et ꝓpꝛie q̄n ex eo fit emplastꝝ cū melle. et facit euomeꝛe cholerā et eꝺucit eam solutione: augmentū efficit in coytu: et soluenꝺo eꝺucit vermes et pꝛouocat mēstrua vt vult Auic. scōo can. loco pꝛeallegato. De nasturtio.

Cecatis pullis hac lumina mater hirundo.
Plinius vt scribit quamuis sint eruta reꝺdit.

¶ Hic ponitur vnū notabile ꝺe chelidonia. Et est q̄ quāꝺo pulli hirūꝺinis excecati fuerunt: tunc mater affert chelidoniam: et cuꝫ ea fricat oculos pulli excecati: et sic visus restituuntur. Et ꝑ hoc ꝺat innuere auctoꝛ q̄ chelidonia maxime confoꝛtat visum. Et istuꝺ etiā manifeste patet: q̄: in meꝺicinis vallātibus cōtꝛa ꝺebilitatē visus cōiter ponitur et est chelidonia herba nota glaucū habens succum. Causa autem quare ipsi hirūꝺini ꝺata est virtus cognoscēꝺi chelidoniā prius q̄ alijs anib⁹ potest esse ista: quia pulli hirūꝺinis sepius cecitatem patiuntur q̄ pulli altariꝝ aniꝝ: q̄ feces hirūꝺinuꝫ habēt vim excecatiuam oculoꝝ: et sepi⁹ patiuntur a fecibus matrum. Et est sciendū. q̄ scōꝝ Platearū chelidonia est calida et sicca in tertio gꝛaꝺu: et ex q̄litatibus suis et substantia habet virtutem ꝺissoluendi: consumendi: et attrahendi: et raꝺices eius tritę et in vino ꝺecocte valent aꝺ purgandum caput et vuluam ab humoꝛe fꝛigiꝺo et humiꝺo: si patiens fumum per os recipiat et postea vinum gargaꝛizet. De celidonia.

Auribus infusus vermes succus necat eius.
Cortex verrucas in aceto cocta resoluit.
Pomorum succus flos partus destruit eius.

De salice. ¶Hic auctor tria dicit de salice. Primū est. q̄ succus salicis auri infusus interficit vermes auris. Et istud potest p̄uenire ꝓpter stipticitatē et exiccationē ei⁹. Et est hic sciendū q̄ ꝑm Auicē. secundo can̄. cap. de salice. Non est aliq̄d magis vtile q̄ succus foliorū eius in cura saniei q̄ currit ex aure. ¶Scōz ē. q̄ cortex salicis. i. extrema p̄ ei⁹ in aceto decocta resoluit verrucas. Auic. vero loco p̄allegato dicit q̄ eius cinis eradicat verrucas linitus cum aceto: et istud est ꝓpter vehemētē exiccationē cineris eius. Pro delectione tū verrucarum nō est aliq̄d magis abscindens verrucas q̄ fricatio portulace super verrucas. Et facit hoc portula sui p̄prietate ⁊ non qualitate: ꝑm Auic. secundo can̄. cap. de portulaca. ¶Tertium est. q̄ flos salicis ⁊ succus pomorū. i. fructuum ei⁹ nocent partui: q̄ propter stipticitatem ⁊ exiccationem eorum reddunt partum difficilez.

De crocho. Confortare crocus dicatur letificando.
Membra q̄z defecta confortat epar reparando.

¶Hic ponuntur aliqua iuuamēta croci. Quoz̄ primū est. q̄ crocus cōfortat corp⁹ humanū letificando. ⁊ circa istud est sciendū q̄ crocus tantā p̄prietatē habet letificandi q̄ datus in maiori quātitate q̄ debeat interficit letificando siue ridendo. Vñ dicit Auic. scōo can̄. cap. de croco. q̄ tres aurei de ipso interficiunt letificando et est aureum pōdus dragme vnius ⁊ semis. ¶Secundum est. q̄ crocus cōfortat membra defecta et p̄cipaliter cor. Confortat etiā stomachum ꝓpter suā stipticitatez: et caliditatem. et ꝓpter eandem causam etiam reparat epar: ⁊ maxime ꝓpter stipticitatem que non permittit dissolui epar. Nimius tamē vsus eius inducit nauseaz ⁊ deijcit appetitum. Et istud innuit Auicē. loco p̄allegato dicens. Ipse facit nauseaz ⁊ deijcit appetitū: ꝓptereā q̄ oppositus ē acetositati q̄ est in stomacho ex qua est appetitus. Et ꝑter istos effectus ē faciens somnum et obtenebrians sensus: ⁊ cū bibitur in vino inebriat: abstergit visum: et prohibet fluxum ad ip̄m facit anhelitum facilē: ⁊ ꝓfortat instrumēta anhelit⁹ excitat cor. ⁊ prouocat vrinā: vt vult Auic. loco ꝓallegato.

Reddit fecundas per mansum sepe puellas.
Ysto stillantem poteris retinere cruorem.

De porro. ¶Hic ponuntur duo iuuamenta porri. Primū est. q̄ porrum per mansum. i. per comestionez eius reddit puellas sepe fecundas. Cuius ratio potest esse quia ꝑm Auic. secundo can̄. cap. de porro confert coartationi matricis ⁊ duricie que in ipsa que possunt esse impedimenta cōceptiōis. ¶Secundum est. q̄ porrum abscindit fluxū sanguinis narium. Idem vult Auic. loco p̄allegato et plures alij effectus eius dicti sunt prius ibi. Allia nux ruta.

Quod piper est nigrū non est dissoluere pigrum.
Flegmata purgabit: digestiuamq̄z iuuabit.
Leucopiper stomacho prodest tussiq̄z dolori.
Vtile perueniet motum febriq̄z rigorem.

De pipere. ¶Hic ponūtur multa iuuamēta piperis. Et ꝓmo tria piperis nigri. ¶Quorū primū est. q̄ piper nigrum nō est pigrum in dissoluendo: id est resoluendo propter fortē eius caliditatem ⁊ siccitatem. est enim calidū ⁊ siccū in quarto. ¶Secūdū est q̄ purgat flegmata. quia attrahit ex interiori corpore flegma ⁊ ipsum consumit. silr flegma in pectore ⁊ stomacho inutilem remouet ipsum calefaciēdo subtiliando ⁊ dissoluendo. ¶Tertium est q̄ est iuuamētū digestiue. ⁊ istud patet per Auic. scōo can̄. cap. de pipere dicentē q̄ piper est digestiuum faciens appetitum. Et istud maxime intelligendū est de pipe longo: qō est magis cōueniēs digōni crudoz̄ hūoz̄ q̄ albū vel nigrū. vt testat Gal. iij. de regimine sanitatis. cap. vij. ¶Scōo ponit q̄nq̄z iuua-

De pipere albo. menta leucopiperis. i. piperis albi. Quorum primū est. q̄ piper albū cōfortat stomachum. Et istud ꝓz̄ per Gal. loco p̄allegato dicentē: q̄ est cōfortans stomachū super alia duo pipera. Et idem vult Auic. ij. cap. de pipere dicēs. Et albū magis cōueniēs est stomacho: ⁊ vehementi⁹ ꝓfortat. ¶Scōm est q̄ piper cōfert tussi: maxie ex materia frigida flegmatica: quia illā calefacit dissoluit incidit. Et istud vult Auic. loco p̄allegato dicens q̄ quādo administratur piper in electuarijs est cōueniēs tussi ex doloribus pectoris. Tertiū est. q̄ piper albū conuenit dolori. Et pōt istud intelligi de dolore pectoris: sicut ex Auic. allegatū est vel de dolore ventoso. Talis enim cōuenit oc piper: q̄ oē piper suā caliditate carminatiuū est ventositatū: ⁊ sic educit ventositates. Auic. vero loco p̄allegato dicit. Piper albū ⁊ similiter longum cōuenire in dolore vētris pungitiuo si bibat cū melle ⁊ folijs lauri recētibus. ¶Quartuz est q̄ vtiliter pōt p̄euenire motū febris. i. accessionem siue paroxismū febris: ⁊ hoc febris frigide: quia tale piper aliquomō materiā calefacit ⁊ digerit. ¶Quintū est. q̄ piper albū valet in rigore febrū. Cuius causa est: quia piper sua caliditate confortat neruos: ⁊ materiam sparsam super eos cōsumit. Et Auic. dicit q̄ fricando fit inūctio ex ipso cū vnguēto ⁊ cōfert rigori. Et ista iuuamēta quinq̄z etiam pōt conuenire aliis generibus piperū: vt ex Auic. loco p̄allegato patet. ¶Et ꝑter istos effectus piper calefacit neruos ⁊ lacertos adeo q̄ in hoc nō est aliud ei par: mundificat pulmonem: prouocat vrinam paucū de ipso: sed multū de ipso soluit ventrē: vt colligitur ex Auic. loco p̄allegato. ¶Et circa istud sciendū est q̄ triplex est piper: scz piper album: quod dicitur leucopiper: piper longum quod dicitur macropiper. et piper nigrum quod dicitur melācropiper. Piper albū dicitur quod est viride multuz humidū. Et quando illud est deficcatū aliquātulū: ita q̄ apparet quedā discontinuatio inter eius partes: nō tamē sit perfecte maturatum: dicāt piper longum. Sed quando est perfecte maturatum tunc dicitur piper nigrum.

Et mox post escam dormire nimisq̄z moueri.
Ysta grauare solent: auditus ebrietasq̄z.

Inducitia grauedinez auditꝰ. ¶Hic tanguntur tria grauedinē auditus inducentia. Primū est imediatꝰ somnus post cibū sumptū. ⁊ hoc vsq̄z ad repletionē. cuius cā pōt esse ista: q̄ somnus imediate post cibū sumptū facit indigestionē ciborū: cibi autez indigesti grossos ac indigestos fumos p̄creant: q̄ sua grossitie meatus auditus opilant: ⁊ etiā spūs auditiuos ingrossant ⁊ ꝑturbāt. ¶Scōm est nimius motus post cibū sumptū: qui talis etiam impedit digestionē ⁊ clausionē debitā orificij stomachi. Aliqui tā textus loco nimis habēt minus. ⁊ tūc sensus est̄ nullus motus post cibū sumptū etiā grauat auditū. Cuius rō est: q̄ tūc orificiū stomachi non ita facile claditur: sicut per paucā deambulationē: qua cibi descendūt ad fundū stomachi. Jam stomacho nō existente clauso: fumi multi ascendunt ad caput grauātes auditū. ¶Tertiū est ebrietas: q̄ ex ebrietate ꝑ creant fumi multi ⁊ vapores qui ascendūt ad caput: et ad organū auditus spiritū ei⁹ ꝑturbantes: ⁊ auditū granantes. Et nō solū ebrietas inducit nocumētū auditui: sed etiā visui et olfactꝰ sensibus ꝓpter eādem cām vt etiā primo dictū est Auic. vero quarta tertij. ca. ij. de cōseruatione sanitatis auris etiā dat tria nocētia auribus et dicit. Et eis quidez que nocēt auri ⁊ reliqs sensibus sunt fastidiū ⁊ repletio: ⁊ propriē somnus super repletionem. Et est sciendū q̄ aliqui textus adhuc habēt vnum versuz continentē adhuc alia inducentia grauedinē auditus. Et est iste Balnea sol vomitus affert repletio clamor quia ista inducunt etiam grauedinem auditus: maxie tamen tinnitū. quia dicit. Auic. quarta tertij. cap. de cura tinnitus. Oportet vt omnes isti vitent solent et balneū labor sum: et vomitum. ⁊ clamorem: et repletionem.

Metus longua fames: vomitꝰ: percussio: casus.
Ebrietas: frigus. tinnitum causant in aure.

Causa tinnitū in aure. ¶Hic tanguntur septem inducentia tinnitū in aure. i. sonū quē homo videt audire externus. Quorū primū est metus: ⁊ ꝑm alios motus. Cā est de metu: q̄ in metu spiritꝰ ⁊ humores mouētur ad interiora. s. versus cor subitoꝫ et quo motu facile generat ventositas que penetrādo ad organū auditus tinnitum causat. De motu etiam patet: quia ex quo motu corporali etiam cōmouentur humores et spiritꝰ. et qua cōmotione etiam generatur vētositas facile. q̄ venies ad aures tinnitum causat: quia tinnitus causatur propter

aliquam

aliquā cōmotionē vapoꝛis aut ventoſitatis circa oꝛganū auditus cōmouētū aerē connaturalē in oꝛgano auditus
Fames. exiſtētē. ¶ Scōm eſt longa fames. Et rationem ſubiungit Auic. quarta tertij. ca. nono dicēs. Et illō ē ꝓpter agitationē cadentē in humoꝛibus ſparſis in coꝛpe quieſcētibus in ipſo. Et cū nō iuenit natura cibū aliquē ꝓuertit: ad eos: et reſoluit ipſos et mouet eos. ¶ Tertiū eſt vomit⁹: qꝛ in vomitu
Vomit⁹ q̄ eſt mot⁹ laboꝛioſus mouenk marie hūoꝛes ad caput. Inſignū cui⁹ oculos et facie videm⁹ fieri rubeos: et viſus fieri
nocumētū. Et ſic etiā facile mouenk i vomitu vapoꝛes et vēt oſitates ad oꝛganū audit⁹. ¶ Quartū ē ꝓcuſſio ſphere in
Percuſ capite et marie i aure. Cui⁹ cā ē: qꝛ ex tali etiā accidit vehe
ſio. mēs cōmotio aeris ꝓnaturalis in oꝛgano audit⁹ exiſtis: qꝛ natura aliq̄ mēbꝛo leſo imediate mittit ad ipm ſpm et ſanguinē q̄ ſunt inſtrumēta nature ex q̄b⁹ tūc accidit in aure cō
Caſus. motio. ¶ Quintū ē caſus et maxime ſupra caput ꝓpter eā dē cāz q̄ dicta eſt de ꝓcuſſiōe. Et ēt ex caſu quocūq; vehe
Ebrie mēs fit cōmotio humoꝛ in coꝛpoꝛe. ¶ Sextū eſt ebrietas.
tas. Cui⁹ cā eſt: qꝛ in ebrietate caput replet fumis et vapoꝛib⁹ ex q̄bus ad oꝛganū auditus veemētib⁹ facile cōmouet aer
Frigus. cōnaturalis in oꝛgano audit⁹ exiſtēs. ¶ Septimū eſt frig⁹ ex forti eſt frigoꝛe debilitat oꝛganū: quare ex leui cauſa facile patitur: vel cōtingit tinnitus ex forti frigoꝛe: qꝛ ſolet frigus cauſat vētoſitates. Et nō ſolū ex iſtis cauſis contingit tinnit⁹ auriū: immo ex plurib⁹ aliis ſicut ex vētoſitate in capite generata: et in ipſo nota: aut ex ſonitu ſanet que gñāt ſolet eſſe in tpa: et ex feruoꝛe puris in partib⁹ eius: aut ex motu ventoſitatis accidentis multotiēs in meatib⁹ eius: ſicut ſit in febꝛibus: aut ex repletione ſuperflua in coꝛpoꝛe: et ꝓpꝛie in capite: aut ex materia viſcoſa reſoluta in pauc⁹ vē
toſitatem: aut ex medicinis: quarum ꝓpꝛietas eſt: vt retineant humoꝛes et ventoſitates in partibus cerebꝛi: vt colligitur ab Auicen. loco prealleg̃ato.

Recētia oculo. Balnea: vina: venus: ventus: piper: allia: fumus.
Poꝛri cum cepis: lens: fletus: faba: ſynapis.
Sol: coitus: ignis: labor: ictus: acumina puluis.
Iſta nocent oculis: ſed vigilare magis.

¶ Hic ponuntur. xxj. res nociue oculis. Prima eſt balneū ſiue humidū: ſiue ſiccū qō ſtupha dicit: primo qꝛ calefacit
Balneū eos calefactiōe multa: et ſic ledit eoꝝ complexionem cū naturaliter ſint frigidi de natura aque. ¶ Secūdo qꝛ exiccat et reſoluit humiditates ſubtiles oculoꝝ q̄bus ſpūs viſui qui ſunt ignei habēt refocillari et tēperari. et ꝓpter iſtud plures reperiunk ceci ſupra renū: in quib⁹ vtunk ſtuphis et balneis: quēadmodū etiā plures reperiunk lepꝛoſi in hollādia q̄s in aliqua alia regiōe ꝓpter indebitū regimē. ¶ Se
Vinū. cūda res eſt vinū et hoc immo derate ſumptū: tale eſt debilitat oculos et viſum: qꝛ caput replet fumis et vapoꝛib⁹: et ergo etiaz ebetat omnes ſenſus. ¶ Tertia res eſt venus. i. nimius vſus coitus: qui ab oīb⁹ medicis ferē debilitare multum viſum. Et Ariſto. quarta ꝓblematū particula ꝓblemate tertio. aſſignat cām iſtā ſcz qꝛ per coitum aufertur q̄ opoꝛtunū eſt oculis. Oꝛtet eſſe humidū aqueū ſubtile eis ineſſe in quo viſibiles ſpūs fulciātur. Nam oculus naturaliter eſt talis. ſ. humid⁹. Unde de ſenſu et ſenſato et quinto de generatiōe aīalium dicitur oculus eſſe de natura aque Sed euulſio humidis et euacuatio cōtingit ſuperioꝛa deſiccari. ꝓpter q̄ oculi a ſui recedūt natura: que humiditate vigebat. Et merito oculi vigēt humiditate: qꝛ ꝑ ſpūs igneos qui ſunt in multo motu euaneſcerēt: niſi humido ſuſtētarētur. Et iſto manifeſtū eſt q̄ coitus exiccat partes ſupioꝛes ſubſtrahēdo humidū: ad q̄ ſequitur leſio acuitatis viſus.
Uētus. ¶ Quarta res eſt vēt⁹ et maxime meridionalis de quo dicit ypo. tertio aphoꝛiſmoꝝ. aphoꝛiſmo illo. Auſtrini ſiatus: q̄ eſt caliginoſus: id eſt caliginē et obſcuritatez in oculis inducens q̄ ꝓuenit: qꝛ talis ventus caput replet humiditatibus ebetātibus ſenſus et ſpiritus obtuſcantibus.
Piper. Allia. ¶ Quinta res eſt piper q̄ ꝓuenit ꝓpter ſui acuitatē q̄ generat fumos oculos mordicātes. ¶ Sexta res eſt allia q̄
Fumus etiā nocēt viſui ꝓpter eoꝝ acuitatē et vapoꝛoſitatē: vt etiā dictū eſt ibi. Allia nuꝝ ruta. ¶ Septima eſt fum⁹ qui etiā
Poꝛri. nocet oculis ꝓpter mordicationē et exiccationē. ¶ Octaua eſt poꝛri: qꝛ ex eſu ipſoꝝ generant fumi groſſi melācholici: quibus viſus obumbꝛatur: vt etiam ꝓtuo dictum eſt ibi. Allia nuꝝ ruta. ¶ Nona eſt cepe: quarum comeſtio nocet oculis ꝓpter earum acuitatē. Decima eſt lēs: de quo dicit Auicēna ſecūdo cañ. cap. de lente: q̄ illi qui plurimuz eius comeſtione vtuntur: viſus obtenebꝛatur ꝓpter vehemētiam exiccationis eius. ¶ Undecima res eſt lact⁹ nimius qui debilitat oculos: ex eo q̄ inducit debilitatem retentiue oculoꝝ. ¶ Duodecima eſt faba: cuius vſus generat fumū groſſum melācholicuz obtenebꝛantē ſpiritus viſiuos ſicut poꝛrū. Et ergo etiā comeſtio fabarum inducit ſomnia terꝛibilia. ¶ Decimatertia eſt ſinapis cui⁹ vſus inducit debilitatē viſus ꝓpter eius acuitatē. ¶ Decimaquarta eſt aſpicere ſolēt et hoc eſt ꝓpter eius vehementē nitoꝛem et ſplendoꝛem quibus deſtruitur viſus: vt patet ad experientiaz et hoc ideo: qꝛ vehemēs ſenſibile nō ꝓpoꝛtionatuz ſenſui: ſicut raditi ſolares coꝛrūpūt ſenſum. ¶ Decimaq̄nta eſt coit⁹ et maxime poſt nimiā repletionem: vel magis poſt nimiā vacuicatem et inanitiouē: et de iſta re dictū eſt. ¶ Decima ſexta eſt ignis: cuius inſpectus cauſat ſiccitatem vehementem in oculis: et ſic ledit viſum: et etiam ledit ꝓpter claritatem eius. Et ergo communiter videmus fabꝛos illos q̄ continue coꝛaz igne operantur rubeos vel debiles habere oculos. ¶ Decimaſeptima eſt nimius labor: quia talis ēt vehementer exiccat. ¶ Decimaoctaua eſt percuſſio cōtra oculos que ledit oculos et viſum: qꝛ facit ſanguinē ad oculos fluere: ſpiritū viſiuū perturbantē: et aliquando apoſtema generantem. ¶ Decimanona eſt nimius vſus rerū acutaruz videlicet vt diuerſis ſalſamētis acutis. et hoc ꝓpter acuitatem fumoꝝ ex ipſis generatoꝝ. ¶ Uigeſima eſt puluis ſiue ambulare in locis puluerulētis: in quib⁹ de facili puluis ad oculos ꝓuenit et viſuz obtuſcat. ¶ Uigeſima prima: et inter ceteras magis ledēs oculos et viſuz eſt nimiū vigilare. qꝛ vigilie nimie nimiam ſiccitatem in oculis inducunt. ¶ Et in generali omnis repletio nocet oculis ſimiliter omne quod exiccat naturā: et omne quod turbat ſanguinem exꝛebus ſalſis acutis et alliis et omnis ebrietas. Uomitus vero confert ei inquantū purgat ſtomachū. et nocet ei in quantum mouet materias cerebꝛi expellendo eas ad ipſum. Et ergo ſi fuerit vomitus neceſſarius dz fieri poſt cibū cū facilitate. Et ſimiliter ſomn⁹ ſupiu⁹ nocet viſui: et ſomnus ſtatim poſt repletionem et multitudo ſōmie et ꝓpꝛie cū ventoſis cōtinuis. Et iſtud colligit ex Auicē. tertia tertij. tractatu quarto. capitulo quarto de rememoꝛatione rerum viſui nocentium. vbi etiā Auice. plures ex cauſis in textu narratis exꝑimit.

Lepe. Lens. Fletus. Faba. Synapis. Sol. Coitus Ignis. Labor. Percuſſus. Uſus acutoꝝ. Puluis Uigilia Conferentia viſui.

Feniculus: verbena roſa chelidonia rutha:
Ex iſtis fit aqua que lumina reddit acuta:

¶ In hoc passu auctor ponit ḋnq; que debēt fieri circa flobothomiā:aliq̄ ḋdē ante flobothomiā:aliqua in flobothomia:⁊ aliqua post flobothomiā. ¶ Primū est vnctio q̄ aliquādo fit i flōmia:sicut vnctio flobothomi vt dolor lenitak. Aliqñ ꝯo post flobothomiā:vt cōsolidatio vulneris retardetur ad hoc:vt post flobothomiā humores relicti i venis aliquā possint habere respirationē ⁊ fumi aliq̄ mali exalēt. ¶ Secundū est potus ⁊ maxime vinum:qui valet in flōmia sincopis accidat.⁊ etiā valet post flobothomiā ꝓ regeneratione nouorū spirituū et noui sanguinis ⁊ isto modo iam faciūt cōmunes. ¶ Tertiū est lauachrū. i. balneū.q̄ valz p duos vel tres dies ante.⁊ per duos vel tres post flōmiā et non eodē die. Ante quidē siquis timeat q̄ habeat in se humores grossos:q: balneū humores dissoluit ⁊ cōmouet eos et ꝓpter hāc cām:etiā cōpetit ante acceptio syrupi acetosi: vt motus ⁊ humores dissoluātur ⁊ subtilientur. Et ergo q̄ñ debet fieri flobothomia debet fricari brachiū:vt humores existētes in venis ꝓpinquis brachio subtiliētur ⁊ ꝓparentur ad exeūduz facilius. Post flobothomiā ꝯo valet:vt reliquie humorum ⁊ vaporū derelicte soluantur. In die vero flobothomie nō cōuenit quia per balneum cutis lenis fit que lenificata percussionē facit am in flobothomia fugit ⁊ hoc est periculū. ¶ Quartum est fascia. i. deest ligatura cū pānis lineis que valet post flobothomiā immediate ad retinendū fluxū:⁊ ante flobothomiā ad trahendū humores ad locum vbi quer itur flobothomia. vt ex eo etiaz vene ingrossentur ⁊ melius videank. ¶ Quintū est motus siue ambulatio moderata que pōt fieri ante vt humores dissoluātur ⁊ subtilienk ⁊ post ad resoluendū reliquias humorū ex flōmia derelictas. ¶ Circa predicta sciēdū q̄ communes se faciunt flobothomare ieiuni sed quibusdam doctoribus melius videk ⁊ cōuenientius q̄ ante flobothomiaz pumo vnum ouū sorbeant molle cū vno hausta vini circa nonaz vel decimam horam ante prandium ⁊ statim postea se flobothomari faciāt. Et huius cā est q: stomacho vacuo natura fortius sanguinē retinet ne deficiat in nutrimento:sz cū cibus de se multum nutritiuus est sit in stomacho cuius modi sunt ova sorbilia ⁊ vinuz:tunc natura melius sanguinem exire permittit.

Exhilarat tristes: iratos placat amantes.
Ne sint amentes flobothomia facit.

Tres vtilitates in flobothomia.

¶ In hoc passu auctor ponit tres effectus flōmie. Primus est q̄ flobothomia exhilarat. id est lenificat tristem hominem. Secundus est q̄ flobothomia placat iratos. Et causa vtriusq; est: quia in sanguine quādo multa cōmiscet melancholia fit tristitia: et quando multa cholera fit ira: cū melancholia sit causa tristitie. et cholera ire. iam vterq; istorū duorum humorū educitur eductione sanguinis: quia et cō miscetur. Tertius est q̄ phibet amentes ne insaniant: quia facit humores fluere ad partes exteriores et a capite diuertit.

Cause quinq; q̄re fieri dz flobothomia

¶ Pro maiori declaratione sciendum est q̄ quinq; sunt cause propter quas debet fieri flobothomia. Quarū prima est directa: et alie quatuor indirecte. Prima que est directa est: vt abūdātia sanguinis euacuetur: siue abūdet sanguis in qualitate siue q̄titate siue vtroq; modo. Nam fm Auicē nam loco prealligato: duo genera hominuz sunt flobothomāda. Quorum vnum est ille modus hominuz qui iam parati sunt incidere in egritudines vt qui habēt abundantiā sanguinis i. q̄titate. Et reliquū genus est gen⁹ illoz hominū qui iam in egritudinem inciderūt propter humorum siue sanguinis malitiam. Sed differt flobothomia ista et illa: q̄ propter sanguinis abundantiā debet fieri multa sed si in qualitate peccet siue sit malitiosus tunc competit flobothomia pauca. Unde fm Galie. ix. megategni. si sanguis sit malus in corpore debet euacuari paulatim. Et ideo peccant multum illi qui quando vident sanguinem malū flobothomāt se quousq; videant sanguinem bonum exire: cū forte prius totus sanguis exiret q̄s bonus exiret: iz dz fieri pauca euacuatio: et tūc fm Gal. in casu isto punisq; fiat flobothomia debet dicta bonum sanguinem generans exhiberi: vt loco mali sanguinis bonus sanguis generetur: et postea debet fieri post modicuz tempus flobothomia pauca: et sic deinceps. Ista flobothomia est directa: quia fit per se ad euacuationem illius quod per se debet per flobothomiam euacuari: scilicet ad euacuationem plenitudinis humorum siue sanguinis: principaliter tamen fm q̄ cum eo sunt alij humores. ¶ Prima causa indirecte est magnitudo morbi et magnitudo apparētis vehementis inflāmatiōis quia fm Galienuz in cōmento illius aphorismi: que egerūtur etc. Non est melior medicina in apostemate vehementis inflammationis et in febribus et dolore: forti q̄s flobothomia: vt etiam dictū est ibi. Frigida natura. ¶ Secūda causa indirecta est: vt attrahatur materia ad partem illaz per quam debet euacuari materia: vnde in retētione mēstruorum et emorroydarū debet aperiri saphena fm Galienum et Auicēnā vt attrahatur materia sanguinis ad inferius. ¶ Tertia causa indirecta est: vt humores trahantur ad locum contrarium illi loco ad quem fluūt humores: et hoc ad diuertendum materiā a loco ad quem fluunt humores vnde in nimio fluxu menstruoum debet fieri flobothomia de basilica: vt trahatur materia ad cōtrarium locū ad quē declinat et diuertat a suo fluxu. Et ꝓpter hoc in pluresi sinistre partis debet fieri flobothomia in parte dextra: vt diuertatur materia et attrahatur ad locū cōtrarium loco ad quē declinat. Et similiter si sit in pte dextra debet fieri flobothomia in parte sinistra. ¶ Quarta causa indirecta est vt per flobothomiam vna portio materie euacuetur et natura potentior sit supra residuū: et sic cōpetit flōmia quando repletio est in corpore ne fiat apostema: quia natura est debilis respectu regiminis illorum humorū: ideo vna portio illius materie est euacunda ne propter impotentiā nature in regendo illam materiam: illa materia fluat ad aliquem locum debilem in quo aggregetur et apostema generet.

Scissio in flobothomia q̄lis debeat eē.

Fac plagam largam mediocriter vt cito fumus
Exeat vberius liberiusq; cruor.

¶ In hoc passu auctor ponit vnum documentum de quātitate scissure in flobothomia. Et dicit q̄ scissura debet eē larga mediocriter: vt fum⁹ et grossus sanguis liber⁹ exeāt: q: quando scissura est stricta: tunc solum subtilis sanguis exit et grossus remanet. Circa istud est sciendū q̄ aliquādo in flobothomia debet fieri vulnus magnum: et aliquando paruum. Debet autē fieri vulnus magnum tribus de causis. Primo q: humores sunt grossi: grossus sanguis est euacuandus vt per illud vulnus magnū sanguis facilius possit exire: et ergo in melancholicis faciendū est magnū vulnus. Secundo propter temporis frigiditatē humores ingrossat: et ergo in hyeme debet fieri vulnus magnuz. Tertio propter abundantiā humorū: q: tūc melius fit euacuatio per vulnus magnuz q̄s paruum. Sed vulnus paruū fit cū est virtus debilis: vt de spirituū et calore minus euacuetur: et in tpe calido eadē de causa: et qñ est sanguis subtilis

Quedā considerāda in flobothomia

Sanguine subtracto sex horis est vigilandum.
Ne somni fumus ledat sensibile corpus.
Ne neruum ledas non sit tibi plaga profunda.
Sanguine purgatus non carpas protinus escas.

¶ In hoc passu tangit tria cōsiderāda circa flobothomiā. Primū est q̄ flobothomatus nō debet dormire immediate post flobothomiaz nisi ad minus transierint sex hore. Et hui⁹ subdit auctor causaz ne fumi: qui scz in somno causantur moti ad caput ledant cerebrū. Alie tamen possunt assignari cause. Quarū prima est ne in somno vertat se patiēs supra brachium flobothomatum et per hoc ledatur. Secūda est ne humores in somno fluant ad membrum lesum in quo est dolor ꝓpter ictū flobothomi: et fiat apostema. Unde Gal. secūdo aphorismorū sup illo aphorismo. In quo morbo vult q̄ in somno si fiat apostema intra corpus aut membrum sit lesum ad ipsum fluunt humores. Auicē. vero aliā assignat causam. scilicet q̄ per talē somnū posset accidere contractio membrorū. Et istius causa potest esse: quia sicut fm Galienū sup illo aphorismo. In quo morbo etc. somn⁹ principio paroxismi nō cōpetit: quia calor naturalis ad interiora regreditur: et exteriora infrigidant: et fumi remanent nō consumpti: propter quod rigor augmentatur et paroxismus etiam prolongatur: sic etiam fumi propter ꝓmotionem humoruz in flobothomia ad nervos et ad lacertos eleuantur qui non consumpti remanentes in somno infrigidantur in exterioribus et ingrossantur: et ideo faciunt neruorum et lacertorum contractionem si fiat superdormitio immediate post flobothomiaz. Alia causa potest esse: quia materiā ingrossans est faciens contractionē. sicut in quartana in cuius typo fit contractio propter frigiditatem et grossitiem materie: tiſed nerui et lacerti sunt frigidi: ideo ad ipsos veniens iste fumus in somno: in quo fit retractio caloris ad interiora infrigidatur: et ingrossatur: et iste fum⁹ infrigidatus et ingrossatus frigiditatem et ingrossationē inducit in membro sine contractione: quia ad membrum consimile properant egritudines consimiles. Et istud verum est de somno flobothomie vicino: et nō de remoto postq̄ fumi illi fuerint consumpti. ¶ Secundū quod dicit est q̄ flobothomās debet cauere ne faciat fumis profundam aperturam in minutione: ita q̄ cum flobothomo ledat neruum vel arteriam vene suppositos. Nam ex lesione nerui sequitur spasmus ex quo vlterius acerbissima mors sequitur vel ad minus perditio membri: puta brachij vel digiti etc. Et ex lesione arterie sequitur fluxus sanguinis arterialis difficillime curabilis. ¶ Tertium est q̄ flobothomatus nō debet illico: id est immediate post flobothomiam cibum sumere: sed debet expectare quousq; in eo humores fuerint q̄etti: ne cibus ante eius digestionem ad subueniēdum membro ꝓso cum sanguine simul attrahatur.

Que vitare dz flobothomia

Omnia de lacte vitabis rite minute.
Et vitet potum flobothomatus homo.
Frigida vitabis: quia sunt inimica minutis.
Interdictus erit minutis nubilus aer.
Spiritus exultat minutis luce per auras:
Omnibus apta quies est: motus valde nocivus.

¶ Hic auctor ponit quinq; vitāda ab ipso flobothomato. Quorum primum est q̄ flobothomatus debet vitare lac et lacticinia. Cuius causa est: quia ex commotione humoruz per flobothomiam sepe fluunt humores aliqui ad stomachum. Si ergo lac sumeretur ex commixtione illorum humorum lac in stomacho corrumperetur: ex quo de se marime corruptibile est. Et etiam lac propter dulcedinem eius

posset trahi

posset trahi indigestum ad venas. Et propter commotionem humorum facile corrumpi. ¶ Secundum est q̄ flobothomatus debet cauere a potū nimio: quia propter euacuationem venarū talis potus traheretur facile ad venas indigestus: prout prius dictum est. ¶ Tertiū est q̄ flobothomatus debet vitare omnia frigida tam intus sumpta q̄ exterius adhibita: puta cibaria multum frigida: aerem frigidum: balneum frigidum: tenuitatem vestium: sessionem supra petram: frigiditatem capitis vel pedum: quia cum calor naturalis per flobothomiam debilitatus sit corpus facile superflue infrigidaret. ¶ Quartū est q̄ flobothomatus non dz ambulare in aere tenebroso nebuloso turbato: qr talis contristat animum ꝛ pigritiem in corporibus inducit vt prius dictum est: tbi. Aer sit mundus: tam tristitia causa est sanguinis melācholici. Sz debet ambulare in aere claro et lucido: quia in tali aere spiritus vitales naturales et animales recreantur ꝛ ad extra mouentur congaudentes simil. ¶ Quintum est q̄ flobothomatus debet querere de tem temperatā. similiter motum excessiuz vitare: quia motus excessiuus: tunc maxime debilitat ꝛ humores commouet: quies vero temperata motum sedat.

Principio minuas in acutis perperacutis.
Etatis medie multum de sanguine tolle.
Sed puer atq̄ senex tollet vterq̄ parum.
Ver tollet duplum: reliquum tempus tibi simplū.

¶ Hic auctor dicit quatuor. Primum est q̄ flobothomia facienda est in principio egritudinum perperacutarum id est maxime acutarum: que scilicet terminātur in die quarto: quia tales sunt breues nec dant inducias: ꝛ ideo a principio medicande sunt. ¶ Secundum est q̄ in etate media. scilicet que est a tricesimo anno vsq̄ ad quadragesimū dnum vel quinquagesimum annum plus de sanguine extrahendum est q̄z in aliqua aliarum etatum: quia in tali etate maxime multiplicatur sanguis et eius subtractio non impedit augmentum: nec diminuitur virtus corporis q: corpus in tali etate non augetur neq̄ diminuitur sensibiliter sed stare videtur. ¶ Tertium est q̄ senes ꝛ pueri parum flobothomandi sunt: quia in pueris sanguis multus requritur propter nutritionem ꝛ augmentationem in eis. Et in senibus virtus incipit debilitari. ¶ Quartum est q̄ in vere debita quantitas sanguinis abstrahenda est per flobothomiā respectu aliorum temporum. Cuius ratio est: quia ver est tēpus maxime multiplicatiuum sanguinis sm omnes auctores medicine. ¶ Circa primum dictū pro maiori declaratione ponende sunt alique regule circa flobothomiam. Quarum prima est q̄ in principio morbi non est facienda flobothomia: medicus enim est minister nature sm Galie. 3. tegni. cā. illo. Omnium natura operatrix: medicus vero minister: sed sm Galie. 4. aphorismorum. in cōmento illius egritudinibus quibuscunq̄ incipientibus nulla euacuatio in principio morbi est naturalis: sicut ergo nā in principio morbi nō euacuat: ita nec medicus. Istud tamen in tribus casibus habet instantiam. Primo in materie furiositate. Unde Auicē. loco sepe allegato. vult q̄ in principio morbi flobothomia nō debet fieri: quia flobothomia humores cōmoueret ꝛ subtiliaret et currere per corpus faceret nisi materia sit furiosa. Secundo habet instantiam in materie multitudine. Unde Gal. super illum aphorismū. Inchoantibus morbis. vult q̄ oportet fieri flobothomiam aut pharmaciā: vt natura alleuietur: que. s. onerata est per materie multitudinem. Tertio habet instātiā in morbi magnitudine ꝛ acuitate: vt quando est apostema magnum et doloro-sum: licet non sit multa materia. s. antecedēs in corpore. Un dicit Gal. 13. megategni. Si apostema sit magnum flobothometur in principio: licet nō sit materie multitudo: ne crepetur aut aperiatur apostema aū sui maturationem. Ergo vt mala sinthomata vitentur minutio est facienda. ¶ Secūda regula est q̄nō fiat flobothomia in die motus egritudinis sicut in crisi nō est facienda flobothomia nec aliq̄ euacuatione materia loco ad quē natura mittit ipsam diuertatur. Similiter neq̄ in paroxismo: vnde sm Gal. primo aphorismorū. In statu neq̄ flōmia neq̄ pharmacia fieri dz q: in eo fit coctio morbi que melius fit in q̄ete q̄z motu. Sed sicut se habet status ad morbum totalē: ita paroxismus respectu dierū interpolationis: sicut ergo in statu nō est euacuandum: ita nec in paroxismo. ¶ Tertia regula est q̄ flobothomia non est facienda in principio morbi cum crisis est remota: quia sm ysaac in viatico. sanguis est fundamentum caloris naturalis ipsum scilicet sustinēs: licet cor sit fundamentum generans: ꝛ spiritus fundamentum deportans: sz sanguis est fundamentum caloris naturalis: q: ex eo materialiter generatur calor naturalis: ꝛ ideo aliquis sanguinē euacuando euacuat calorem qui materiam morbi habz digerere: ꝛ per consequens morbus prolongatur ꝛ virtus debilitatur: propter qō timendū est ne ꝓpter longitudinem morbi ꝛ debilitatē virtutis natura succumbat. ¶ Quarta regula est q̄ in corpore habente feccm in intestinis non debet fieri flobothomia. Cuius causa est: q: tria sunt attrahētia scilicet calidum vacuū: ꝛ tota species: q: ergo per flobothomiam vene euacuantur que a membris sibi propinqō attrahunt: ꝛ ita meseratice a stomacho: venter plus constipatur: ꝛ materia contenta in venis plus inficitur et meseratice attrahunt humiditatē fecum: ꝛ feces plus desiccant debet ergo venter primo leniri: vt per suppositoria aut clysteria nisi per se laxetur. ¶ Quita regula est q̄ nō debet fieri flobothomia multa: q: ex hoc malum accidit in senio scilicet multi morbi mali. sicut epilepsia apoplexia ꝛ paralysis quia propter remotionem sanguinis et caloris generātur multe superfluitates flegmatice que sunt cause harū egritudinū. ¶ Sexta regula est q̄ non debet fieri flobothomia in muliere menstruata aut impregnata. In impgnata non debet fieri: quia per hoc calor digerens cibum diminueret ꝛ nutrimentum fetus auferretur: ꝛ maxime quando fet⁹ est magnus: cum tunc indigeat ampliori nutrimento: et istud dicat hipoc. quinto aphorismorū. In mēstruata vero naturaliter: scilicet sm reuolutionez mēsis non debet fieri flobothomia: quia in fluxu nimio menstruoz esset facienda ad diuertendum materiā: sed quando eueniunt naturaliter et sm debitum cursum nature: tunc nō debet fieri flobothomia cum materia euacuetur sufficienter a natura: ꝛ nā non dz diuerti ab operatione. ¶ Septima regula est q̄ post cholericam passionem non debet fieri flobothomia: cum enim flobothomia cōmoueat humores ꝓhoc posset humor cholericus ad stomachum fluere et ipsum inflammare: nec debz fieri post vomitū: ne similiter humores fluant ad stomachū neq̄ post fluxum ventris: neq̄ post vigilias magnas: neq̄ post motum fortem: ꝛ breuiter nec post vllum calefaciens multum aut multū dissoluēs: q: flobothomia hūores plus cōmoueret et virtutem magis debilitaret. ¶ Deinde videndum est in quibus hominibus competit flobothomia: ꝛ ꝓ illo ponende sunt alique regule. Quarū prima est q̄ flobothomia competit hominibus delicatis ociosis ꝛ quiescē tibus multum carnosis: ꝛ cibis multum sanguinem gnantibus vtentibus. ¶ Secunda regula est q̄ flobothomia cōuenit illis in quibus est abūdantia sanguinis: qō cognoscitur per vine spissitudinē. abundātia enim sanguinis facit eam spissam: sed cholera subtilem. ¶ Tertia regula est q̄ flobothomia debet fieri in illis in q̄bus melācholia abūdat: vnde cum est multa melancholia naturalis currēs cū sanguine per totū corpus: quia sanguis in epate ab ea nō mundificat: tūc cōpetit flobothomia siue minutio: postea farmacia. Unde duplex est melācholia: naturalis ꝛ innaturalis. Naturalis est fex sanguinis q̄ quādo abūdat ipsa est currens cum sanguine quare cum sanguine per flobothomiam euacuat. Ideo facienda est flobothomia ad et⁹ euacuationem cum sanguine. Ab eodē enim calore. s. a calore tēperato fiunt sanguis ꝛ melācholia: q̄ est eius fex: et postea facienda est farmacia. ¶ Quarta regula est q̄ in illis in q̄bus timetur humorū ebullitio ꝛ cōturbatio ꝛ calefactio cōpetit flobothomia. ꝛ isti statim quando sentiūt se calefieri debent flobothomari cū sit timor ebullitionis cōturbationis ꝛ calefactionis propter humorum abūdātiā. Aliquando tamen aliqui decipiuntur per istam regulam quia stati quando sentiunt calefactionem et timent de humorū ebullitione statim flobothomāt se. Et quādo istud est et cholere calefactiōe ꝛ incēsiōe ꝓ flobothomiā nō cessat calefactio nec ebullitio. immo ꝓ hoc augmentatur: q: flōmia hūores

Regule q̄ dātur ca flobothomiā In principio morbi nō ē flobothomādum si i q̄bus dam casibus.

Flobothomia nō dz fieri in die motus egritudinis.

In q̄b⁹ hoibus cōuenit flobothomia.

cõmouet: ⁊ p corpus currere facit: ⁊ ergo nõ cõpetit flobothomia: nisi hoc fiat ex abũdantia humoꝝ: quod cognoscitur per sudoris multitudinem: ⁊ maxime in mane. Aliqui enim sunt qui nõ sudãt nisi quando euacuatione indigent ¶ Quinta regula est q̃ illis debet fieri flobothomia q̃ habent fortem virtutẽ ⁊ qui sunt sanguinee complexionis: nõ frigide ⁊ sicce. Ũñ Rasis septimo Almãsoris. Corpa apta ad flõmiam: ⁊ que eam plus possunt pati sunt illa que habent venas amplas ⁊ manifestas: ⁊ corpora pilosa et brunna: ⁊ ex colore rubeo ⁊ fusco mixtis sunt colorata ⁊ iuuenes ⁊ adolescẽtes ⁊ senes nõ decrepiti: sed pueri ⁊ infirmi non sunt minuẽdi nisi magna vigẽte necessitate. Et plurie istarum regularũ colligunt ex Auic. quarta primi. ca. de flõmia.

De mẽbris flobothomandis

Estas ver dextras: autũnus hyemsq̃ sinistras.
Quatuor hec mẽbra: cephe: cor: pes epar vacuãda.
Ver: cor: epar estas: ordo sequens reliquas.

¶ Hic ponit auctor aliqua concernentia mẽbra euacuanda flobothomia. Et dicit primo q̃ in vere ⁊ estate debent euacuari vene dextre: vt dextre manus vel dextri brachij vel pedis. Sed in hyeme ⁊ autũno debẽt flõmari vene sinistre. ſ. sinistre manus vel sinistri brachij vel pedis. Et istius cã põt esse: quia ver est multiplicatiuum sanguinis ⁊ estas colere. ergo in vere ⁊ estate dñt euacuari ille vene in q̃bus magis abundãt sanguis ⁊ colera: sed ille sunt vene dextre: quia in parte dextra corporis situatum est mẽbrum generatiuum sanguinis. ſ. epar et receptaculum cholere. ſ. cistis felleus. Sed autũnus est generatiuus melancholie: que etiam coaceruatur ⁊ nõ resolutur p hyemẽ. ergo in autũno ⁊ hyeme debẽt flobothomari ille vene in q̃bus magis dominat melãcholia que sunt vene sinistre cum in sinistra parte corporis contineatur splen qui est receptaculũ melãcholie. Secundo dicit q̃ ista quatuor mẽbra. ſ. cephe id est caput: cor: pes: ⁊ epar ſm quatuor partes anni sunt euacuãda: cor q̃dẽ in vere. epar i estate: caput in hyeme: ⁊ pedes in autũno.

Iuua mẽta flobotho mie saluatelle.

Dat saluatella tibi plurima dona minuta.
Purgat epar: splenem: pectus: precordi vocem.
Innaturalem tollit de corde dolorem.

¶ Hic tangit sex iuuamẽta pueniẽtia ex flobothomia vene que dicitur saluatella: ⁊ est vena in dorso manus in loco qui est inter auricularem digitũ ⁊ medicum. Primum est q̃ ipsa purgat epar. Scõm est q̃ ipsa mũdificat splenem. Tertiũ est q̃ mũdificat pectus. Quartus est q̃ preseruat precordia id est officiũ stomachi a nocumento. Quintũ est q̃ aufert nocumenta vocis. Sextũ est q̃ aufert dolorem innaturalem cordis. Et ratio oim iuuamentorũ est: q̃ predicta vena ab oibus istis locis sanguinem euacuat: vt postea etiã patebit. ¶ Pro maiori declaratione sciẽdũ est q̃ in flõmia aliq̃ aperiũtur vene ⁊ aliq̃ arterie. In apertione aũt arterie est timor. Et huius cã potissima est nimius fluxus sanguinis qui duplici ex causa hꝫ fieri in flobothomia arterie Una cã est caliditas vehemẽs sanguinis arterialis. Calidũ enim est facile mobile ⁊ arterias dilatãs ⁊ aperiẽs ⁊ ideo iuuat multũ ad euacuationẽ sanguinis in flobothomia arterie. Secũda causa est arterie mobilitas: ⁊ ideo tardius in ea vulnus curatur: q̃ vulnera non sanãtur nisi quiescant. Prodest tamen ista flobothomia tripliciter. Primo cum est in corpore sanguinis subtilis abũdantia. Secundo quando vaporosi. Tertio quando caliditissimi. sanguis enim subtilis ex quo calor naturalis et spiritus fiunt habitat in arteria: sed sanguis grossus ex quo mẽbra nutriuntur in venis Similiter sanguis vaporosus in arteria continetur: ⁊ sanguis sanguineus in venis. Sanguis etiam caliditissimus q̃ a corde efficitur et digeritur qõ est caliditissimum: membrũ etiã continetur in arteria alius autem sanguis in venis. Secundo sciendum est q̃ venarum apertio est in multis mẽbris. Aliquando in brachio siue manu magna: aliquando in parua. Aliquando in pede aliquando in naso aliq̃ in fronte. aliquãdo in labijs. aliquãdo sub ligua siue in palato. Aliquando in angulis oculorum versus frontem. In manu maiori q̃ est ab ascellis vsq̃ ad cubitos sunt quinq̃ vene aperiẽde ſm Rasim. 7. Almansoris. ⁊ Auicẽ. loco prealligato. Una vocatur cephalica. que est vena capitis. Secunda basilica que est vena epatica. Tertia medicina siue cordiana siue nigra scõm q̃ vocatur ab Auic. siue matrix: sicut vocatur a Rasi. Quarta asellaris. Et quinta funis brachij. In manu minori est sceleos siue saluatella. ⁊ ita in brachio ſm q̃ continet maiorem manũ ⁊ minorez sunt aperiẽde sex vene. ¶ Cephalica a partibus que sunt supra collum euacuat: ⁊ ideo passionibus capitis: vꝫ in emigranea mania: ⁊ in aliis caliditis passionibus siue ex mã calida. Ũñ ⁊ ista incipit siue oritur ab humore: ⁊ tendit versus partem silvestrem brachij. ¶ Basilica euacuat immediate a partibus sub collo: vt a pectore ⁊ epate. Unde in passionibus spectoris epatis ⁊ similium valet: vnde valet in pleuresi: ⁊ incipit ista ab asellari et tẽdit ad partẽ domesticam brachij: id est ad incuruaturam brachij. ¶ Mediana vero est media inter duas q̃dictas in situ ⁊ in cõpositione: q̃ ex eis componitur. Est em ramus vtriusq̃: et est etiã media in euacuatione: q̃ vndiq̃ euacuat. ⁊ ab inferioribus partibus sub collo ⁊ a collo ⁊ supra collũ. Unde est vniuersalis toti corpori in euacuãdo. Nõ vniuersalis sicut dicũt quidã: q̃ a corde oritur: sed q̃ ramus est cephalice ⁊ basilice. Et ergo cũ volumus flobothomare de cephalica ⁊ nõ apparet debem⁹ accipere magis mediana q̃ basilicã. Et sic cũ volum⁹ flobothomare basilicã ⁊ nõ apparet: magis debemus flobothomare mediana q̃ cephalicã: quia magis conuenit cũ vtraq̃ q̃ vna cũ alia: cũ sit ramus istarum: et illa sint extrema. ¶ Sceleos siue saluatella est vena que est inter auriculare ⁊ medicũ tendẽs plus versus mediũ digitũ: ⁊ oritur a basilica: et ista aperitur in dextra manu in opilatione epatis: ⁊ in sinistra manu in opilatõe splenis. Et quare fit hoc ne scitur ratione: sicut dicit Auic. sed experiẽtia: hãc em inuenit Gal. per somnũ: vt ipse dicit: q̃ habebat quendã in cura habentem opilationẽ epatis et splenis: et somniabat se flobothomare patientem de illa vena: ⁊ sic fecit ⁊ curatus est. De ista fit flõmia ponẽdo manũ in aqua calida: q̃ subtilis est: nõ vt ingrossẽt et dilatẽt: ⁊ ne vulnus claudatur citius debito: ⁊ vt sanguis grossus subtiliẽt. ¶ Asellaris est illa q̃ posita est sub basilica et illa apparet in ligatura brachij: ⁊ de ista idem est iudicium cum basilica. ¶ Funis brachij est illa q̃ est supra cephalicam siue os vltimũ siue alt⁹ brachij: versus partem silvestrem. Et est idẽ iudiciũ de ista ⁊ de cephalica. ¶ Licet ergo ſm Auic. ⁊ Galienũ in aperione vene fiat euacuatio vniuersalis a toto corpore: nõ tñ ab omnibus venis equaliter: vt visum est. Licet etiam vene a toto corpore euacuent: non tamen est in eis timor equalis immo cephalica ſm Rasim septimo Almansoris est securior. Et basilica est magis timenda. ⁊ cardiaca etiam multũ est timenda: licet minus q̃ basilica. ¶ Cephalica est securior: quia neq̃ iuxta eã est nervus: neq̃ arteria neq̃ supra eã. Sed sub cardiaca est nervus ⁊ altius super eã est nerv⁹ subtilis: ideo timendũ est ne incidatur. Basilica est periculosa valde: quia est sub ea arteria ⁊ iuxta eam est nervus et musculus: et hõ est timenda valde. Sceleos siue saluatella nõ est periculosa: ſꝫ tamen subtilis est: ⁊ ideo vt a periat melius est q̃ ponatur in aqua calida. ¶ In pede sunt tres vene. ſ. sciatica saphena ⁊ vena poplitis. Et hę aperiũtur cũ volumus trahere sanguinẽ ad partes inferiores: vt in prouocatione mẽstruorum: ⁊ illa q̃ est in poplite ſm Auic. magis valet q̃ saphena aut sciatica: quia ꝓpinquior est matrici: et ideo melius potest ab ea trahere. Saphena vero a virga testiculis ⁊ a matrice sanguinem attrahit. Sed sciatica ab anchis renibus ⁊ membris q̃ sunt situata versus partẽ silvestrem melius trahit. Saphena vero a matrice ⁊ a mẽbris positis versus partem domesticã: licet sint rami vn⁹ vene. ¶ In medio frontis est vena vna que apienda est in antiquatis passionibus facies: vt in morphea ⁊ impetigine scabie ⁊ passionibus oculorũ: primo tamen debet fieri minutio de cephalica. ¶ Et similiter est vna vena in naso et in vtriusq̃ apertione debet collum ligari: ⁊ postea aperitur vna ante aliam per ligationem enim colli melius manifestant ¶ In labijs etiam sunt vene q̃ aperiuntur propter apostemata existẽtia in ore aut gingiuis. Cephalica tñ ꝓ⁹ minuta. ¶ In palato sunt q̃tuor vene q̃ si aperiunt valẽt fluxui reumatis ad dẽtes in eis faciẽtis dolorẽ. Et iste vene sunt manifeste ⁊ debẽt apiri mã digesta. ¶ Itẽ quedã sunt vene in angulis

Flobothomia arterie iuuat et nocet

Que vene flobothomẽt.

De vene manus.

Cephalica.

Basilica.

Media na.

Salua tella.

Asellaris funis brachij.

Que vene flobothomẽtur i pede.

In fronte.

Innaso

In labijs.

In palato.

In ãgulis oculorum.

in angulis oculorū versus frontē: ⁊ apiunt in passionibus oculoꝝ cephalica prius minuta. ¶ Jtē q̄dā sunt vene sub lingua q̄ apiunt in sq̄nātia cephalica pr̄ minuta. ¶ Jtez vene q̄ sunt in tympoꝝibus incidunt ꝓpter emigrancā ⁊ ꝓpter dolorē magnū capitis ⁊ egritudinē capitis diuturnaz ⁊ iste sunt quas vocat hipoc. ⁊ Auicē. iuuenilesꝰ quarū inci sio rēddit hominē impotentem generare. ¶ Jtem in collo etiam sunt vene que vocantur guidem: que minuēde sunt in principio lepre: ⁊ maxime cū anhelitus angustiatur valde: ⁊ in squinantia impediente anhelitum minuuntur.

In sublingua i tympoꝝ ⁊ ꝓb'ia collo.

Si dolor est capitis ex potu lympha bibatur.
Ex potu nimio nam febris acuta creatur.
Si vertex capitis vel frontis estu tribulentur.
Tympora fronsq; simul moderate sepe fricentur.
Morella cocta necnon calidaq; lauentur.

¶ Jn hoc passu auctor duo notat. Primū est q̄ si dolor capitis accidat ex potu nimio: maxime vini vel alicuius alterius potus quo cōtingit hoies inebriari: tūc supbibi dz aq̄ frigida: q̄ sui frigiditate atq; ingrossatiōe impedit ne fumi ex tali potu eleuati cerebrū ledant vel ad ipsum eleuantur.

Morella.

¶ Scōm est q̄ si summitas capitis vel frons nimio calore veretur: tūc debēt tympora ⁊ frōs moderate fricari: et post ea dāri ex aq̄ decoctionis morelle calida lauari: q: morella q̄ a cōibus medicis solatrū vr: hz infrigidare: q: frigida est.

Temporis estiui ieiunia corpora siccant.
Quolibet in mense cōfert vomitus quoq; purgat.
Humores nocuos stomachi lauat ambitus omnis
Aer: autūnus: hyems: estas: dominatur in anno.
Tempore vernali calidus sit aer humidusq;.
Et nullum tempus melius sit flobothomie.
Usus tunc homini veneris confert moderatus.
Corporis ⁊ motus: ventrisq; solutio sudor.
Balnea purgentur tunc corpora cum medicinis.
Estas more calet sicca nascatur in illa.
Tunc quoq; precipue cholerā rubeam dominari.
Humida frigida fercula dentur: sit venus extra.
Balnea non prosunt: sint rare flobothomie.
Utilius est requies: sit cum moderamine potus.

Jeiunū in estate malum.

¶ Jn hoc passu auctor plura notat. Primū est q̄ ieiunare multum exiccat corpora in estate: quia ex quo estas de natura sua est calida ⁊ sicca: ipsa resoluit humiditatē corpis. que etiā resoluitur p sudores in estate multiplicatos: et sic superuenīēte ieiunio corpora plus exiccank q: absente humido cibali calor nostri corporis agit in humiditates propinquas ipsas exiccādo. Et ergo bene dixit hipo. septima pricula aphorismoꝝ corporibus humidas carnes habētibus famē adhibere conuenit: fames eīm corpa exiccat. ¶ Secūdum est vomitus confert quolibet mense: quia per vomitū euacuantur humores nociui cōtenti in toto ambitu stomachi. Et istud etiam voluit. Auic. quarta primi. cap. 13. de tuamentis que affert vomitus cū dicit: q̄ hipo. p̄cepit vomitū fieri bis in vnoquoq; mēse. i. duobus diebus continuis vt secundo die expellat illud q̄d primo die nō potuit expelli. Et per hoc ꝫm hipocratem conseruatur sanitas: cū talis vomitus mundificet stomachū euacuando flegma ⁊ coleram. Stomachus enim non habet aliquid quod mundet ipsum: sicut intestina habent coleram rubeā ipsa mūdificantē. Et postea Auic. loco prealle. ponit plura alia tuuamenta vomitus bene facti. Quorū primū est: q̄ cōfert grauitati capitis: ⁊ hoc verū est: qū illa grauitas accidit ex materia humorali vaporosa prouenīente a stomacho ⁊ mēbris inferioribus ad caput. Si enim grauitas capitis fieret a nocumento propio ipsius cerebri: tūc vomitus magis noceret q̄ cōferret. Secundum est q̄ clarificat visum ⁊ hoc quando obscuratio visus prouenit ex materia vaporali prouenīente a stomacho ad ipsos oculos: alis autem nō. Tertium est q̄ aufert fastidiū. i. nauseā et abhominationem remouēdo et euacuando humorem a stomacho qui est causa fastidij. Quartum est q̄ confert et ad cutim stomachum descendit cholera corrumpēs eius cibū. Quintum est q̄ remouet abhominationem que fit propter vnctuositatem. Sextum est q̄ remouet causaz desiderij. et illud qō facit desiderare acutuz ponticum aut acetosum: q: vomitus remouet causam omniū istarū dispositionum: nam remota causa remouetur effectus. Septimū est q̄ cōfert laxitati: id est caceſie q̄ precidit y dropisim euacuando materiā talis laxitatis et mundando stomachū. Octauū est q̄ cōfert viceribus in renib⁹ ⁊ vesica diuertēdo materias currentes ad illa loca ad partem oppositā. Nonū est q̄ etiā cōfert lepre maxime quādo fit cum vomitiuo fortī: sicut elleboro: q: talis vomitus ꝫeuacuat materias que sunt in locis remotis ⁊ difficilis eradicatiōis ex quibus fit lepra. Etiā vomitus corrigit digestionem primam ex qua alie digestiones melius fiunt: vnde lepra peccat in corruptione digestiue. Decimum est q̄ cōfert malitie coloris in cute ex aliquo humore diuertendo ipsuz a cute. Undecimū est q̄ cōfert epilepsie stomatice euacuando humorem contētū in stomacho: ex cuius exhumatione cātur epilepsia. Duodecimū est q̄ cōfert veteritie: maxime illi que est ex opilatione. nam propter motū fortem in vomitu materia opilans cōmouetur ⁊ remouetur a loco in quo faciebat opilationem. Similiter euacuatur materia sigmatica per vomitū que cōiter est causa istius opilationis. Decimū tertium est q̄ cōfert asmati euacuando materiam antecedentem ex stomacho que fouebat materiam asmatis. Et etiam confortando membra spiritualia ⁊ pulmonem ex q̄z calefactione sequitur consumptio superfluitatū facientiuz asma. Decimumquartum est q̄ confert tremori ⁊ paralysi euacuādo materiā istarū passionū. Decimūq̄ntū est q̄ confert habētibus vicera nigra magna super partes extremas diuertendo humores a partibus extremis. ¶ Et licet vomitus debite administratus ista cōferat tuuamēta: supfluitātī factus multa inducit nocumenta: quia debilitat stomachū ⁊ resoluit ipsum: ⁊ facit eum aptū vt materie fluant ad ipsum ⁊ obest pectori ⁊ visui et dētibus ⁊ antiquis capitis doloꝝ⁹ ⁊c. Prout dicit Auic. q̄rta primi. cap. xiiij. ¶ Tertium q̄ notat hic tertus est q̄ q̄tuor sunt tpa anni. i. ver: estas: autūnus: ⁊ hyems: prout manifestū est: et inter ista tēpora. Ver est calidum ⁊ humidū: ⁊ hoc respectu aliorū temporū: licet in se sit tempus temperamēto attineno: vt vult Gal. in de cōplexionibus. Et ex isto sequitur q̄ istud tēpus magis aptū est flobothomie: q: magis est multiplicatiuuz humorū q̄z alia tempora. Et ergo etiā isto tēpore pōt cōuenire moderatus vsus coitus ⁊ motus tēperatus ⁊ ventris solutio siue fluxus ⁊ sudor tēperatus similiter balnea temperata ad diminuēdū repletionem. Et ergo etiā istud tēp⁹ aptū est ad purgationē corporis cū medicinis. ¶ Quartū est q̄ estas calefacit ⁊ exiccat: ⁊ ergo in ipsa etiā multiplicatur cholera rubea: q̄ calida est ⁊ sicca. Et ꝓpter hoc etiā in estate fercula debēt esse frigida ⁊ humida ad remouendum distemperātā caliditatis ⁊ siccitatis ex cōplexione estatis inductā. Et debet fieri abstinētia coitus cū talis etiā exiccet. Et abstinētia a multis balneis sibi de cā. Et rara flobothomia eadē de cā nisi necessitas hoīem cōpellat. Et dz fieri q̄es ⁊ paucus motus: q: q̄es humectat ⁊ multus motꝰ nimiū exiccat. Et dz hō predicto tpe vti potu cum moderamine: ⁊ maxime frigido: q: ex supflua sumptione potus frigidi ꝓpter apertionē poroꝝ aliq̄s sequitur subita infrigidatio corpis vel paralysis siue laxitas mēbroꝝ vel motus subita. A qua nos defendat q̄ eternaliter viuit ⁊ regnat. Amē.

De tpibꝰ anni.

¶ Jdoc opus optatur q̄ flos medicine vocatur.

¶ Explicit regimen sanitatis compositum seu ordinatum a magistro Arnaldo de villa noua. omnium medicorum vi uentium gemma.

¶ Ego Arnaldus de villa noua dñi pape physicus aggregauī florem oīm philosophoꝝ medicine super oēs egritudines q̄ in humano corpore nasc possunt a capite vsq; ad plātā pedis ꝫm q̄ veri physici ꝓbauerūt ⁊ ꝓ parte probaui: et per probatas ⁊ fidedignas personas ꝓbatim accepi.

¶ FINIS.

¶ Breuiarius practice excellentissimi Arnaldi de villa noua medici quondã Sũmi Pontificis a capite vsq; ad plãtam pedis: cum capitulo generali de vrinis: et tractatu de oĩbus febribus: poste empiala: et liparia.

¶ Incipit prologus.

Postobitum bone memorie magistri Johannis casamide medicinalis scientie professoris reuerendissimi. d.d. mei et magistri specialis Ego quoddam opus in practica medicine cõpilare ꝓposui: qđ breuiariũ nuncupabo in quatuor libros diuisus: in quo diuino fauẽte auxilio signa: causas: et curas: oĩm egritudinũ in humano corpore venientium prout melius poterio bene assignabo: et tibi tam ꝑ pauperibus q̃ ꝑ diuitibus aggregabo curas diuersoꝝ physicoꝝ et magistroꝝ vtiles ꝑ egritudinalibus vniuersis: et spaliter curas mei magistri in medicina expertissimi tibi ponã: et ola q̃ exptus sum: et q̃cunq; per oẽs magistros et viros: et mulieres etiã simplices et empericos vidi quibus meis experiri nulla detentus inuidia siue auaritia: put in sequẽtibus patefiet: clariter enarrabo: put vnicuiq; cõpetit egritudini. Si itaq; in aliq peccauerim minus bene dicẽdo: supplico vniuersis doctoribꝰ magistris ceteris; viris ꝓbis in medicinalibꝰ expertis: si opus istud ad eorũ manus deuenerit: vt mea dicta corrigãt et emẽdẽt: et mee simplicitati et ignoratie veniam impẽdãt. Nã vt ait lex: oĩm habere memoriã: et in nullo peccare potꝰ est diuinitatis q̃ humanitatis. Scio nẽpe q; in multiloquio peccatũ nõ deerit: cũ idẽ in hoc libro meo: vt superius dixi: velim curas tã ꝑ diuitibus q̃ ꝑ pauperibus tradere ſm diuersoꝝ physicorũ et magistorũ doctrinã: multa opꝰ me loqui vt q̃cunq; hũc libũ penes se habuerit: et ipm intellexerit: et ſm doctrinã traditã tibi etiã in curãdo egritudines vniuersas ꝓfecerit: rõnaliter medicus et veritatis amicus ab oĩbus nũcupet: extunc eũ amicoꝝ copiã: pecuniã in bursa: et famã clarã p medicinã acq̃ret: vt ait Ecclesiasticus. De terra creauit altissimꝰ etc. Idcirco Jesu xp̃i eiusq; gloriosissime virginis mris Marie auxiliũ et tuamẽ implorio: vt sint mihi adiutores in hoc meo opere. Dia eterna rõne agunt: si principiũ fuerit decẽs: et amabile deo: vt ait lex in libro authenticorum. Dominus cor meũ inspiret: et labia mea: vt possim vtilia pro humano genere pronunciare: et ad bonũ finẽ deducere qđ incepi.

¶ De dolore capitis in generali. Cap. i.

Quoniam a cerebro oẽs nerui originez ducunt: cũ sit radix oĩs sensibilitatis: vt ait. G. in tegni. Ideo prio de passionibus cerebri tanq; de nobiliori et digniori agẽdũ est. Cerebrũ em multis et diuersis passionibus humoribus in se exãtibus vel aliũde ꝓcedẽtibꝰ: vel a sto venientibꝰ sepissime molestat. Et q̃cunq; ex frigidi aeris distẽperãtia siue calt: vt a caliditate solis: siue vẽto et hmõi aliis causis: de quibus dicã inferius dño cõcedẽte. ¶ Cuz igit cerebrũ ex frigidi aeris distẽperãtia fuerit infiatuz siue cõflatũ humores a se q̃si spongia plenã aque expressa p diuersa mẽbra diffundit: q; si ex calt aeris distẽperantia: siue solis calefactione fuerit desiccatũ velut vẽtosa humores ad se trahẽs a mẽbris per eadẽ mẽbra effundit: qđ diuersarum egritudinũ cã existere cõsueuit multos eteiñ videm ex hiis causis egrotare: q̃n ex reumate a cerebro descendente sint catarri. brancl. couze. dolores aurium et dẽtiũ: paralysis. squinãcia: peripleumonia pisio. et ꝑplures alie egritudines. Et postmodũ q̃cunq; cõtingit patientẽ ex aliq predictarũ egritudinũ subia cere: quapropter peritus medicus circa passiões cerebri multũ dz esse solicitus et attentus in restringendo ipm reuma cũ fuerit opportunũ: ne pa. ad ꝓdictas passiões siue egritudines pestiferas deueniat: hõ em vt ait philosophus in libro. de alalibus incurrit plures cãs reumatis ceteris aialibus cũ sit velut arbor euersa. ¶ Dolor ergo capitis q̃cunq; fit ex sanguine: et talis dr dolor infixus. Et q̃cunq; ex cholera: et dr pũgitiuꝰ: q̃cunq; ex flate: et dr extensiuus: q̃cunq; ex melãcholia: et tũc dr aggrauatiuus. Q̃cunq; ex ꝓdictis hũoribus supabũdãtibus in essentia cerebri: q̃cunq; ex eisdẽ hũoribus in stõ existẽtibus et superexcrescẽtibꝰ. Cũ cerebrũ sto cõpatiat ꝓpter colligãtiã quã hñt. Quãdoq; fit dolor in toto capite: et talis dolor dr cephalicus a cephalõ. qđ in greco caput dr. Q̃cunq; fit dolor in medio capitis et talis emigraneus dr: ab emi qđ est mediũ et craneũ. q̃n in medio cranei fit. Q̃cunq; dolor fit in vna ꝑte capitis tm: et talis dr monopagicus: a monos qđ est vnũ et pagos qđ est villa de q̃bus oĩbus secũdario tractabo. ¶ Et nota q; cerebrum in quatuor ꝑtes diuiditur. s. in anteriori et posteriori: dextro et sinistro: in anteriori viget sanguis: i posteriori viget flegma: in dextro cholera: in sinistro melancholia.

Egritudies mẽ re fiunt ex fuma te.

Dolor capitis fieri põt ab oĩb humoribus.

¶ De dolore capitis ex distemperantia aeris a vento frigido. Cap. ii.

Cerebr in q̃tuor ꝑtes diuidit in q̃ libz viget vn humor. Signa. Cura.

Doloris capitis ex frigidi aeris distẽperãtia facti signa erũt hec. pa. a vento vel niue vel alio frigido aere q̃tũcũq; fatebitur se fuisse lesum: totũ caput cũ frigiditate dolet. nares opilant: et q̃si aq̃ clara p ipsas nares emittit. tussiunt etiã q̃q;. Aliq̃n denegat vor eis et fere ola corporis mẽbra cuz q̃dã grauedine molestant. Curet itaq; hmõi dolor in hũc modũ fiat suffumigiũ. Re. farine foliorũz lauri pulegii betonice rosmarini zinzib. narcisci abrotani. añ. Mß. s. bullit hec ola in vino ru. optimo in vase aliquo coopto: sic q; fumus expirare nõ possit. Et pa. in lecto stãs optime cooptus fumũ p os et nares recipiat: et cum tepefactũ fuerit ipm vinũ pedes: crura: et brachia vsq; ad hũeros et ꝑdicto vio lauenk: et fynaꝑ. mũde de caricis ꝓtritis dicto vino ca. cõmixtis et puluerizatis sinapis et pulegii tritis et cõmixtis simul capiti apponãt. ¶ Aliud ad idẽ: decoquãtur ꝑdicte herbe in lexiuio: et cũ tpo lauet caput: pti tm suffumiget ex fumo a ꝑdicto lexiuio dissoluto postmodũ cooptat caput bñ: et cũ intrat lectũ recipiat fumũ de vna gallina in pasta decocta sub pasta plena de optimis spẽbus. et his sibꝰ calis supascriptis. ¶ Ad idẽ et vz. crura lauẽtur cũ dicto lexiuio facto ex ciere vitis et paleis ordei simul coctis: et lectũ intret et capite cooptο duplicꝰ pãno fumũ de aq̃ in q̃ pulegiũ regale sansuccus lauruz sauina et modicũ laudani cocta sint in facie recipiat et post dormiat: q; multi hoc solo exptmẽto curati sunt ab hmõi passiõe. et hoc si necesse fuerit bis vel ter inter diẽ et noctẽ fiat. ¶ Aliud qđ didici a q̃dã saraceno. accipiant. ij. vel. iij. tegule et calefiãt fortiter in igne sic q; sint bñ accẽse igne et bñ rubee. Deinde supꝰ fundat vinũ optimũ et pa. fumũ p nares et os recipiat capite cooptο: et melius q̃dẽ est si in ipo vino cocte sint herbe cale supascripte: et hoc bis vel ter si fuerit necesse inter diẽ et noctẽ fiat: etiã pluries: q; multos hoc mõ curaui. ¶ Mõ si p ꝑdicta remedia pa. nõ curatus fuerit: vngat caput eiꝰ oleo muscellino pulegino sambucino camomillino et similibus: mitridatũ vel esdra: aurea vel tyriaca cum vino in quo pulegiũ vel calamẽtũ cocta fuerint distẽperent: et cerebro et tympanis ad modũ empli applicẽtur: et etiã cũ ꝑdicto vino calido in potu suscipiant. Saccellet primo caput rasum in summitate cũ pul. thimi. pulegii. baccarũ lauri et origani calefactis parũ sine aliq liquore. aut etiã cũ oleo muscellino camomillino. vel cõi cõmixtis addito oleo olibani et storacis calamite et bacca lauri supra summitatem capitis abrasi primo tepida emplãta mirabiliter cõferũt. Idẽ opat esdra mitridatũ: tyriaca: dyaolibanũ et silia: et data etiã in potu cũ vino decoctiõis olibani saluie rute per interualla dierũ triũ. ¶ Stuelli facti ex laudano nostrano storace et nigella puluerizatis et insimul cõmixtis si naribꝰ immittantur: et q̃libet ibi teneatur: ipm reuma miro mõ ostringũt: et hmõi dolorẽ mitigãt. ¶ Fiat aer artificialr calꝰ cũ igne ex lignis sine fumo. ¶ Dieta eorum sit calida et calidis spẽbus cõdiantur ꝑdicta cibaria. q; si tussis cum ipso reumate fuerit: fiant remedia que in capto de tussi dño concedente dicam vinũ odoriferũ et suaue bibant et lymphent cũ aqua decoctionis pulegii thimi passularum et foliorum lauri.

Aer. Dieta.

¶ De dolore capitis ex calidi aeris distẽpãtia facto. C. iij. Signa.

Doloris capitis ex calidi aeris distemperantia facti: signa sunt hec. pa. fatetur se in solevel iuxta ignẽ: vel in alio loco calido nimis stetisse adest dolor in toto capite cũ caliditate et siccitate marie in frõte: adest narium cõstrictio cum siccitate et ardore et

modica

modicapurgatione p ipsas nares. ¶ Curet hūōi dolor hoc mō. accipiat li. ʒ. ptisane ordei optime: & cū ea misceant tria vitella ouoꝝ cruda & insūl tepefiāt: & cū tali mixtura lauetur caput: & stati cū gausape bñ ligef: post. ℞. parū olei ro. vel vio. & parū lactis mulieris: & parū aceti & oīa sīl misce: & pānū lini in hoc lāre intigas & ō. frōtē & tympora apponat p̄cedēte pu'fricatiōe frōtis & tymporū ita fortiter: q̄ locus incipiat rubescere. ¶ Unguētū optimū ad idem. ℞. malue althee brāce vsline: volubil. añ. li. ʒ. & se. limi fenugre. añ. ʒ. ij. hec omnia trita in aqua & oleo bullīāt: quousq̄ tota aqua cōsumet: deinde p pānū colet: & addita lib. ʒ. et semis arungie liq̄facte: & cere. ʒ. iij. iterū coquātur p̄fecte: et vsui hūōi vnguētū reseruetur: q̄n frontis capitis ceruicis tymporū colli dorsi & genitaliū p certo hūōi dolores mirabiliter tollit. ¶ Exprimētū bonū ad idem suffumigef faciens cū aq̄ in qua rose olibanū & laudanum cocta fuerint capite coopert o: post pedes & crura abluant & cuz aq̄ decoctionis myr. rosar. vel simplicē aquā frigidā narib' attrahāt rosas odorent cāphoram: et sīlia. ¶ Si fuerit dolor capitis ex calidi aeris distēperantia vel p̄pter solem vel alio mō: & hoc si fuerit in vere in principio estatis: & apparuerint signa alicuius pleuretudinis: & pectoris fuerit grauitas: & tussicule: et si virtus p̄miserit fiat minutio de vena cephalica: postea detur sirupus rosatus cum aq̄ frigida si dolor hūōi fuerit sine reumate frons & tympora cū aqua ca. in qua rose mixte & vio. cocta fuerint: vel vnguento supradicto vngatur. ¶ Qō si dolor adhuc p̄seuauerit: pul. sang. al. et ru. gūmi arabici spodij cū aq̄ ro. distēpera. & pānū ibi infusum frōti & tympor ib' applica: qō sepe in die fiat si necesse fuerit. ¶ Aliud ad idē. ℞. rasure cucurbite succi cimarū rubi. ymbilici ve. semper uiue cimarū brance vr. añ. & cū oleo viol. distempera. & pānū ibi infusum frōti & tympor ib' applicabis. ¶ Aliud ad idē lac mulieris cū agresta & oleo valet. Inūctio ex vnguēto populeon & fronti & tympor ib' facta mirabiliter valet. ¶ Si nō febricitauerit pullos: pdices: phaseanos: hedos: aues p̄terq̄ in paludib' degētes & sīlia comedāt. Unum lymphatū bene bibāt. Si vero febricitāt, comedāt lactucas scariolā boraginē portulacā cicera fracta cū lacte amigdalarū coq̄nata: fiat ordei ptisana cū lacte amigdalarū: granata & hūōi comedāt: aquā puus coctā & infrigidatā post modū bibāt & syrupū ro. vel vio. sumāt cuz aqua predicta.

¶ De dolore capitis ex sanguine facto. Cap. iuj.

QJcto de dolore capitis pp caliditatē vel frigiditatē & sine hu. vitio facto Hūc videndū est de ipso dolore capitis ex aliq̄ humore ibi exīte. ¶ Si igitur dolor capitis fuerit p̄pter aliquē humorē in essentia cerebri ibidē abūdāte et ibi existētē: est cōtinuus sine interpolatione. Si vero fuerit p̄pter hu. in sō existētē: vel alibi dolorē capitis inducētē est cū interpolatione et nō cōtinuus vt inferi' enarrabo. ¶ Si ergo dolor capitis fuerit ex sanguine ibi existente hec sunt signa: dolor est cū calore & frontis: grauedine rubescūt oculi & vene tympanum plene esse videntur: pulsus plenus: vrina subrufa et spissa et mēbra oīa grauescūt: q̄ q̄ sunt signa future sinoche. ¶ Primo igit in via curationis huius capitis doloris ex sanguine facti minuatur pa. tempore etate et virtute permittētibus de vena cephalica dextri brachij: detur sibi syrupus acetosus vel ortz zaccara cum tepida oi mane. Hyeme vero et tempore frigido minuatur de cephalica sinistri brachij: post detur syrupus ro. vel vio. solū succū cū tepida. sequēti die: si dolor nō cessauerit: ponātur ventose post collū cū scarificatione: & attrahatur sanguis inde ℈m vires pa. ¶ Si iterū p̄pter hoc dolor nō cessauerit in. vj. vel. viij. vel. x. die detur hec decoctio sanguinē mūdificans. ℞. pruna damascena. xxv. iuiub. xv. violarū. ʒ. ß. florū boraginis. ʒ. quartis. in aqua bulliant vsq̄ ad cōsumptionē medietatis & colature adde. ʒ. ij. cassiefi. mane. ʒ. ß. et cuz syrupo vio. exhibeas in potu. ¶ Alia decoctio mūdificās sanguinē optima et experta col. repitimēo. ℞. cap. veñ. epatice violarum. seminum cōsum. añ. ʒ. ß. pruna damasce. xxv. iuiub. sebestem. añ. xv. liquiritie. ʒ. ß. hec oīa in sufficienti quantitate aq̄ bullita collentur et colature addantur cassiefistule. ʒ. ij. mane. ʒ. ß. tamarindorum. ʒ. ß. dyaboraginati. ʒ. ß. et ß. pulueris mirabolanoꝝ citrinorū et emblicoꝝ. añ. ʒ. ß. trifere saracenie. ʒ. ß. in mane colētur hec oīa & cholatura tepida exhibeatur in potu. ¶ Item si pa. nimis fuerit ꝑstipatus ante assumptionē decoc. fiat clystere. ℞. viol. mal. brāce. vsline. añ. ℥. ß. seminis lini. lenugreci furfuris tritici. añ. per. ß. in aqua marina vel salmarina bulliantur quousq̄ solum quarta pars ipsius aque remaneat colet: et colature addas olei vio. vel cōis. ʒ. ß. succi mercurialis. ʒ. ij. succi vio. mellis. añ. ʒ. ß. trifere saracenice. ʒ. ß. & ß. pulpe cassie. ʒ. ij. Inūciatur p clystere ad minus tribus vicibus hoc apozima. ¶ Fomentētur frons et tympora cū aqua in qua cocte sunt rose melilotū et flores camomille: vel cū aqua mal. folioꝝ myrti salicis et ro. vel cū simplici aqua calida: et abstergat: et post inungat cum oleo ro. vel vio. vel cū lacte mulieris puellā nutrientis. ¶ Itē. ℞. vitellū ouī et cū lacte mulieris et oleo vio. distēpera: et frōti et tymporib' applicetur. ¶ Aliud camphora cū psilio teratur: et cū aqua ro. distēperetur: & pti dolēti applicet. ¶ Qō si dormire nō possit: inūgātur frōs et tympora ex vnguēto qō in cura freneseos ponā: vel aliq̄d de emplis & epithimatibus ad ꝓuocādum somnū in p̄dicto cap. scriptis tymporibus applicētur. ¶ Itē vnctiones & epithimata q̄ diximus in dolore capitis ex ca. aeris distemperātia si fuerit necesse fiāt etiā in hac cā. ¶ Itē trocisci de cupatorio multū valēt in hac cā: et spāliter qñ fuerit sanguis aquosus in cā faciēs dolorē capitis: q̄ si facies ꝑpter dictū dolorē capitis intumuerint. lauet cū aq̄ in qua cocte fuerint lēticule: terra etiā figuli cū aqua pluuiali vel ro. distēperet: & admodū empli in facie ponat. ¶ Si se. patiē comedat scariolā boraginem bietas lactucas cū lacte amigdalarum coq̄nata. pruna damas. iuiube et sīlia. Si vo nō febricitauerit pullos hedos turō. phaseanos: p̄dices: sturnos merulas & alias aues p̄terq̄ in paludib' degētes comedat: pisces assatos sparileos trif. cithi. et sīlia. vinū odoriferū & lymphatū cū aq̄ se. fenic. bibat. ¶ Et nota q̄ in hac passione & ceteris egritudinibus in q̄b' cōpetit flōmia sp̄ dz fieri in die nō cretica: & iij. & vj. et. viij. & sic deinde: et nō in. ij. vel. iiij. et idē dico de medicina lataliua: q̄ in febrib' vel in aliis egritudinibus p̄ro dictis nūq̄ dz exhiberi medicina in die cretica. Et rō talis est: q̄ natura pugnat cōtra morbū. vz. in die cretico: quēad modū pugnarēt duo pugiles: & ꝑpterea si tūc tēptis flobotomiā seu farmaciā exhiberemus: esse nā tunc attēta circa morbū vel circa flōmiam vel circa pharmaciā: vel circa vtrūq̄. Si circa morbū medicina nō posset cōsequi tūc suos effectus nisi iuuarek a natura. Si circa medicinā tūc morbus suū cōsequētur effectū nō resistente nā. Si circa vtrumq̄ ad vtrāq̄ debilis reperiret. ¶ Itez nota q̄n flōmamus optimū est primo inducere asellam cum suppositorio aliquo ex lardo vel medulla caulis & oleo intincta & de supaspsa sale trito: vel cū suppositorio ex sale et melle facto simul coctis in sartagine intātū q̄ indurescāt. ¶ Item nota q̄ eadē die qua flōmamus nō vri debemus clysteri: q̄ vt ait hypo. i fi. acutoꝝ: cum flōmaueris nō indigebis clysteri.

¶ De dolore capitis facto ex cholera. Cap. v.

ACcidit quādoq̄ dolorē capitis fieri p̄ pter coleraz in capite immoderate superabūdantē: cuius signa sunt hec: dolor est maximus acutus pūgitiuus: et maior est in dextra parte capitis: & adest sitis et vigilia cuz instantia ꝓpter excessum siccitatis cole: lingue asperitas cum oris amaritudine. Et quandoq̄ quadam circūuolutione que vertigo dicitur: vrina citrina adest vel subcitria et tenuis et pulsus velox et acutus: color faciei et oculoꝝ rubeus clarus cū quadā citrinitate. ¶ Curek itaq̄ hic dolor in hunc modū. Primo facies tympora pedes crura et brachia abluantur cum aqua in qua ro. melilotū flores camomille decocte fuerint: vt poris apertis ꝑpter hūōi lotionē feruor colere euaporare possit: et post cū oleo ro. vel viol. vngak. Deinde ad digōnem accedamus materie dando omni mane. ʒ. ß. oriza. cū aqua puū. & vio. dek ipsa oriza. vel dek syrupus vio. Jn. vj. vel viij. die detur talis colatura. ℞. ca. ve. enō. borag. scolopenō. epatice. añ. ℥. ß. pruna. xxv. ordei. p. ß. viol. ʒ. ß. radicū feniculi. ʒ. ß. seminū cōmuniū contuso. ʒ. ij. Iuiube. xv. in hac decoctiōe distēperet cassiefi. tamarindō. añ. ʒ. ß. zuccari ro. noui ꝑpter ꝓfortionē flōt. ʒ. ß.

Signa.

Cura.

Qō si tumet facies. Situerit sebris.

Flobothomia et medicina in die non cretica.

Eadem die nō ē flobothomā dū & clysterizandum.

Signa.

Cura.

reubarbari puluerizati. ʒ. iij. pulpe mirabolanoꝝ citriorũ. ʒ. ſe. q̃ oia taceãt in p̃dicta vcoctõe p totã noctẽ: et ſtet ad ſerenũ aerẽ. In aurora ſ̃o colẽt et colatura tepida exhibeatur pa. ¶ Uel purget cũ ormelle ſcilitico: vel cũ elario de ſucco ro. vel philitico: vl cũ dyapruno: vel cũ aq̃ reubarbari vel cũ. ʒ. ij. mirabolanoꝝ citrinoꝝ puluerizatoꝝ q̃ p nocte taceãt in aq̃ ca. mane ſ̃o dicta colatura cuz addito pauco zuccaro dek in aurora. ¶ Uel purget cũ iſtis pillis ex cisdã do p̃d⁹. ʒ. j. et. ß. ℞. corticũ mirabolanoꝝ citrioꝝ indoꝝ ſemis fumiterre. ſe. ſcariole. aã. ʒ. ß. reubar. ʒ. ß. ſcamonee in pomo cocte. ʒ. j. ß. ℈ice cũ ſucco ſcariole et pillas informa et dabis ex eis. ʒ. j. ß. vt dictũ ẽ. ¶ Unctiõib⁹ et epithithimatib⁹ fridis: vt dictũ ẽ foueant. Si dormire nõ poſſint puocet ſomn⁹ cũ vnctiõib⁹ emptis vel epitimatib⁹ q̃ in caplo de freneſi dicturi ſum⁹. ¶ Unguẽtum q̃ ſi vngant frõs et tympora: et vene pulſatiles brachioꝝ et pedũ ſomnũ inducat. et dolorẽ capitis intẽſiſſimũ mitigat: et in fe. etiã acuta. et per acuta valet. Et nõ nocet ẽt ſi infirm⁹ ſit reumatic⁹: animo ẽt p̃deſt. ℞. olei vlol. ro. camo. aã. ʒ. iij. ſucci mãdra. iuſquiami. lactuce. aã. ʒ. j. opij. cere albe. aã. ʒ. j. et ſucci herbarũ coquantur et colent: et ſic cera ſupermittatur: poſt opiũ in vino infuſum adiũge: et modicũ bullire deſine: et ab igne elevua et infrigidari permitte: deinde reſerua vſui: et vtere vt dictum eſt ſ̃m doctrinã in precedenti capitulo datam.

Unguẽtũ ſomniferũ.

¶ De dolore capitis ex fleg̃mate facto. Cap. vj.

Signa.

Quod ſi dolor capitis fuerit ex fleg̃mate ſup excedẽte i cerebro ſigna ſunt hec: dolor ẽ cũ nimia friditate et grauedie et maxime in occipitio: ſupfluitas q̃pluria p os et nares emittit⁹ adeſt oris inſipiditas. Urina alba et ſpiſſa apparet color: faciet alb⁹ et pallidus et grauedo cũ ſomnolẽtia. ¶ Curek hoc mõ. dek oi mane. ʒ. j. et. ß. ormell' cõpoſita cũ aq̃ decoctio. ſe. fe. et anili vſq̃ ad materie digõem et hoc i viris. In mulierib⁹ ſ̃o dam⁹ ormell ſine aceto factũ: q̃ vt ait Gal'. acetũ ẽ mulierib⁹ inimicũ: et dek eis ormel p̃dictũ cũ decoctiõe ſticad⁹. et ſe. et radi. feniculi et apij. mã digeſta purget cũ pillulis iſtis: q̃ valde ſunt vtiles: et ſodã cronicã antiquã ſiue dolorẽ capitis ex flate factũ ſedãt. ℞. ſperuz yerepigre. ʒ. j. ſeñ. apij. ʒ. j. interioris colloquintid. ʒ. ß. ſcamonee bone anthiocene in poma cocte. gra. q̃tuor et. ß. ſucci abſinthij grañ. xx. ℈ice cũ ſucco feniculi denk. ʒ. ij. vel minus ſ̃m vires ſuſcipiẽtis. Uel purget cũ theodoricõ. empericõ paulino yeralogodion. yera fortiſſima vel yerapigra. ¶ Uel cũ his pillulis alijs optimis ad idẽ. ℞. agarici. caſſieli. turbith polypod. cameth. camepi. colloquinti. maſt. ſe. fe. anili cinamomi. aã. ʒ. ij. aloes epatici. ʒ. j. ſcamonee bone in pomo cocte. ʒ. j. et. ß. tere oia: et cũ ſucco abſinthij iſta incorpora et ex eis pillas informa in modũ cicerũ dank. xiij. vel. xv. vel min⁹ ſ̃m vires ſuſcipiẽtis. ¶ Alie pille ad idẽ expte et cõpetũt ſpãliter ruſticis et fortib⁹. ℞. agarici. maſticis. ciamomi ſe. fe. aniſi. aã. tere oia et tẽpa cũ lacte titiali et pillas informa in modũ cicerũ. et da. xij. vel. xv. ſ̃m q̃ expedit. ¶ Purga etiã p nares vt dyacaſtoreũ aurea alexandrina vel potio pauli predicta cũ ſucco rute diſtẽpata narib⁹ injiciẽdo ſuccus blete cũ medietate ſui de melle mixt⁹ et naribus injectꝰ multũ purgat flã per nares: ꝓbatũ eſt. ¶ Gargariſma etiã fiat: q̃ caput optime purgat a ſupfluitatib⁹ fleg̃matis q̃. ℞. ſtaphiſagrie. ʒ ß. piperis cimini pulegij aã. terãtur et cũ forti aceto coquãtur: et cũ melle ro. miſce. et calidum ad gargariſãdũ da. ¶ Aliud ad idẽ. ℞. ſe. rape ſinapis. aã. ʒ. j. pipis grañ. xx. ſeminis naſturtij. ſeminis origani: et apij tãdẽ terãtur oia et cũ melle et aceto decoquãtur: et cuz aqua ca. dabis ad gargariſandũ. ¶ Aliud ad idẽ. ℞. mellis li. j. ſape aceti fortis. aã lib. j. ſinapis triti origani yſopi thuris ſtaphiſagrie. aã. ʒ. j. omnia ſimul de coque et gargariſet patiẽs ad ſolẽ capite eleuato: hm̃oi gargariſmata fiãt ſemel i hebdomada vel bis ſi fuerit neceſſe in patiẽte: vel etiã inſanis ſi fiãt ſemel vel bis in meſe multũ mũdificãt cerebruz a ſupfluitatibus fleg̃maticis: pectus etiã et ſtomachũ a predictis ſuperfluitatib⁹ purgãt optime: et hoiem ſanũ reddũt lauetur etiã caput iſtoꝝ in aqua in qua cocta ſint pulegiuz roſmarinuz. maiorana. laurus bethonica. ſantina. et hm̃oi: vngatur caput cũ oleo nardino vel ſambucino. ¶ Jtẽ alliũ tritum et calefactũ in tegula et parũ dolẽs ſuppoſitũ dolorẽ tollit. ¶ Jtẽ ẽplm factũ ex euforbio myrrha. gũmi arabico et croco oñtali parti pa. ſuperpoſitũ multũ vz. ¶ Jtem caſtoreũ diſtẽperatũ cũ ſucco rute et in occipitio ſuppoſitũ mirabil⁹ vz. et eſt ꝓbatũ. ¶ Sternutationes etiã puocent cũ elleboro cõditi et caſtoreo in naribus ꝓiecto: et hm̃oi dentur elaria: ſicut dyaciminũ dyazinzi. dyatriõpipereõ et ſilia. apponãtur etiã naribꝰ odorifera. ¶ Comedãt carnes porcinas nõ multũ ſz aliquãtulũ ſalitas cũ boragine feniculo petrocoq̃natas caſtratinas arietinas et hedinas capolinas p̃dices phaſianos turdos merulas et hm̃oi farrũ oꝛideũ tus cicerũ et panẽ fermẽtatũ. Uinũ lymphatũ odoriferũ bibãt: vuas: paſſas cõedere poſſent: a piſcib⁹ et a frixis abſtineãt.

Empla ſtra.

Dieta'.

Uncti o neo.

¶ Jtẽ inũctio ex vnguento aureo circa caput multum vz. ¶ Jtẽ caſtoreũ et piper in oleo cõi bullãt et modico aceto: ſpõgia: vel petia in tali liquore intincta loco dolẽti epithimet. ¶ Jtẽ cẽtaurea betonica et bãca vr. in oleo et vino cocta et cathaplaſmata valẽt. ¶ Jtẽ caſtoreum: et ſemẽ rute trita in vino et oleo bullãt: et ſpõgia vel petia intincta per ti dolẽti ſepe et ſepius applicetur.

¶ De dolore capitis facto ex melancholia. Cap. vij.

Signa.

Cura.

Quando capitis ex hu. fit melãcholico his ſignis diſcernitur dolor eſt cũ frigiditate maxima in ſiniſtra parte capitis: timor: vigilie et triſtitie: et vrina alba et tenuis: color faciet ẽ pallid⁹ trahẽs ad nigredinẽ. ¶ Curek hoc mõ. dek oi mane. ʒ. j. et. ß. ormell'. cõpoſiti cũ aqua thimi et epithimi et floꝝ boraginis. Materia digeſta purget cũ pillulis iſtis. ℞. Aloes epithimi: polypod. colloqnttid. agar. mirabolanoꝝ indoꝝ. aã. ʒ. v. cinamomi. ſpice carpobalſami. ſcamonee. aã. ʒ. ij. croci. ʒ. j. ℈ice cũ aqua vcoctõis epithimi. ¶ Alie pillule optime et expte q̃ valẽt melancholicis: timidis: mantacis: quartanarijs: et ſplenetic⁹. ℞. lapidis lazuli. ſene thimi et epithimi. cuſcute. ſticados. yppicõ. maſticis. cinamomi. ſpice. aã. ʒ. ij. radicis capparis: polypodij. agarici ſq̃nãti mirabolanoꝝ indoꝝ et hebullioꝝ ſemis feniculi: aniſi croci. aã. ʒ. j. aloes. ʒ. xv. dyagredij in pomo cocti. ʒ. viij. ℈ice cũ ſucco abſinthij: vel maratri. et ſ̃m vires patiẽtis ro dacuz aqua calida lacte coagulato vel formato. ¶ Põt etiã ad digeſtionẽ hm̃oi melancholicꝰ diuſionẽ ipſi⁹ dari pillis arcoticis: et dyacatolicis: deinde purgare cũ yerapigra et theodoricõ et empericõ. vel cũ aqua i qua ſene vel polypodiũ depoſita ſint addito zuccaro: vel cũ aqua decoct. epithimi et cuſcute additis. ʒ. ij. lapidis lazuli: et. ʒ. ß. zuccari vel cũ dyaſene: poſt quartũ ſ̃o die purgatiõis dek mitridatũ ſeu adrianũ cũ vlis decoctõis calamẽti. ¶ Ungak caput cũ oleis et vnguẽtis ſuperi⁹ in caplo de dolore capitis ex flate facto dictis. Et ſi fuerit neceſſariũ vz ſi tpe dolor numis pſeueret: bonũ eſt q̃ faciam⁹ abradi capillos ad hoc vt virt⁹ vnguẽ totũ et alioꝝ medicaminũ ibi cõpetẽtiũ poſſit interius factius penetrare: fomentetur caput cũ aqua decoctionis ſanſuci: pulegij: roſmarini: floꝝ camo. lauri et polycarte minoris. ¶ Odorifera etiã naribus apponãtur. vt in precedenti capitulo dictũ eſt ſimili modo dietentur: vt ibi.

¶ De dolore emigraneo. Caſ. viij.

Uando q̃ fit dolor recte in medietate cranei et tũc vocatur emigran⁹: ab emi q̃ eſt medũ et craneũ. ¶ Primo igit ſtudeam⁹ in purgãdo et mũdificãdo cerebrũ p̃cedẽte altq̃ digeſtiuo ꝓueniẽtur: vt ſi hu. frid⁹ fuerit in eã digerat mã cũ cẽmelle cõpoſito. poſtea purget cũ pillis aureis vel cochijs vel ſine quibus eſſe nolo picra et ſimilibus: q̃ hñt purgare caput a frigidis hu. poſt dek aurea mitridatum opopira et hm̃oi: poſt hoc fiat ſuffumigiũ valẽs multũ cõtra emigraneã ex eã frigida. ℞. folioꝝ lauri et baccarũ eius camo. cymini laudani et reſte alij in optimo lexiuio de cinere ſarmẽtoꝝ vel quercus facto coquãtur: et pa. fumũ recipiat in capite pãnis optime coopertus: poſtea cũ p̃dictũ lixiuium fuerit tepefactũ lauet ſibi caput de eo bene munitus a frigore Jtẽ inũgank caput et tympora in ſummitate abraſum cum oleo laurino vel muſcellino: vel petroleo et oleo benedicto Et ex eis frons caput tympora et ſummitates capitis inungãtur vel ex vno eoꝝ ſolo: vz multũ cõtra emigraneã ex eã frigida. Item emplm optimum ad idem. ℞. ſtaphiſagrie ci minꝰ laudani et reſte alij in optimo lexiuio de cinere ſarmẽtoꝝ vel quercus facto coquãtur: et pa. fumũ recipiat in capite pãnis optime coopertus: poſtea cũ p̃dictũ lixiuium fuerit tepefactũ lauet ſibi caput de eo bene munitus a frigore Jtem

quank insik vsq; ad spissitudinē ⁊ medītāte pētia tympoīb⁹ frōti ⁊ sūmitati capitis abrasi applicet. ¶ Aliō ad idē. aliū elixū. ⁊ i colo trītū decoctū cū pauco pulegio ⁊ pipe pulueriz̄ato supmunctum locis p̄dictis miro modo subuenit.

¶ Aliō ad idē. Re. calamēti pulegij. mēte cimini ro. ca. aā. M. j. decoquāt hec oīa i vlo ⁊. ō. tegulā calam icorpenk: ⁊ i ter duos pānos ponank ⁊ cale ḡtū poterit tolerare capiti ab raso supponāt. Itē olibanū ⁊ realgar. aā. vel alterū eoꝝ p se. cū albu. ouī terat ⁊ distēperet frōti ⁊ tympīb⁹ applicet.

Itē gargarismata supradicta in dolore capitis ex flate facto dicta i hac cā vtilia sūt multū ⁊ purgatiōes capitis ibi ⁊ alibi notate. Nā si caput fuerit bñ purgatū ocli nullā pūt hīe infirmitatē: nec aureo ēt.

Sīfue ntabhu more ca lido.

¶ Ad si dolor emigraneus ex ca. fuerit hu. curet i hūc modū si sanguis fuerit in cā fiat minutio de vēa cephalica q̄ ē i frōte: vel apponāt ibi sanguisugu. vel fiat minutio de vēa capitis q̄ est i sūmitate nasi. Itē vsture facte i capite ⁊ setones p̄ferūt multū valde. Itē mūdificet sāguis cū decoctiōe san. mūdificate supra i capīo de dolore capitis ex sangule fctō dctā. Si co. sit i cā digerat mā ⁊ purget pa. p̄ doctrinā datā i capīo de dolore capitis ex co. facto. ¶ Itē i mā q̄libet post purgationē vel flōmā. Re. tale emplm qō frōti tympoīb⁹ ⁊ sūmitati applicet. Re. succi sempuiue ci mēthe. ca. ve. ⁊ plātagis. aā. incorpenk i farina ordeī. et tepidū p̄dictis locis mediāte petia lini epithia. ¶ Itē iūgāt p̄dicta loca ex puro oleo ro. vel vio. mirtis sil vel de solo bis vel ter i die. ¶ Itē vētosa sine scarificatiōe iter duas spatulas vl i pcauitate colli posita mltū vs i mā ca. ¶ Itē apiū bcoctū i aq̄ tritū ⁊ ēplastrū multū vs. ¶ Aliō ad idē. Re flor. scorō. vel tpa herba cū tātūdē mirrhe bulliat in aq̄: et ex ea caput fomētet ⁊ lauet. ¶ Itē succ⁹ rute nariḃ⁹ inter⁹ ⁊ pān⁹ inict⁹ i p̄dicto succo: ⁊ tympoīb⁹ ⁊ frōti ⁊ sūmitati capitis abrasi supposit⁹. v. vel. vi. vicib⁹ i die tpm dolorē emigraneū mirabilr tollit. ¶ Unguētū ad feruorē capitis extū. Re. succi sempuiue. ʒ. iiij. succi rbene. ʒ. vel aceti fortissimi. ʒ. iij. oīa simul misce agita ⁊ cola: ⁊ cuz populeō et oleo ro. misce ⁊ vsui reserua p̄dicta loca inūgēdo. ¶ Trocisci q̄ dāt misceri cū oleo laurino vel oleo benedicto vel cuz aliq̄ vnguēto ca. mirabilr valētes i emigranea: ⁊ i q̄bz dolore capitis ex mā frida facto. Re. baccarū lau. ʒ. vi. opij croci. ana. ʒ. iij. cardamomi: myrr. costi. rute viridis mirri. aā. ʒ. ij. vini albi q̄tū sufficit. si cū p̄dictis oleo ⁊ vnguētis ca. cō misceank isti trocisci ⁊ inūgāt p̄dicta loca valēt ptra mām fridā si cū populeō vl olo ro. vel vio. valēt ptra cāz calam.

Unguē tūadoz dolorez exptuz.

¶ Unguētū ad emigraneū ⁊ dolorē ceruicis ⁊ oiz mēbroꝝ exptū ⁊ ē valō necessariū arti medicīe. Re. foliorū saluie exc care ad solē foliorū rute viridis: aā. ʒ. vi. baccarū lauri maturar. cimini. aā li. ʒ. rbū cū cauda sua. ʒ. vi. cere. li. ʒ. olei veteris. li. ⁊. oīa optīe terant ⁊ ifunde trib⁹ dieb⁹ in vio: itavt oīa tegantur a vino. postea pcoque ea in p̄dicto vino ⁊ cū cocta fuerit mitte oleū ⁊ rbenā iterū coq̄re: vt olis vio hu. de coquatur ⁊ vinū deficiat: ⁊ post oleū q̄ supest cola: et iterū coque et cerā mitte vt solui possit et vsui reserua.

Additiōes

Locale bonū in emigraneo ⁊ claue. Re. spōgiā ad quātitatē manꝰ intinctā in aq̄ arthemisie. et exp̄ssa applicet post inūgāt cū oleo de castoreo. Itē. Re. pul. lane succide cōbuste immisce cū albu. ouī et frōti suppone: dolorē. n. aufert et lachrymas: et valet obtalmie. ¶ Quidā est passus diu dolorē frontis oī die in vesperis valde forte q̄ lōgo tpe remediū nō inuenit: et doctꝰ fecit sibi emplm de nucleis p̄sicoꝝ bñ pistis et fuit pfecte curatꝰ et multi alij. In dolore acuto supcilij si a stō est: qōvt plurimū est cura estimitū p̄uocare cū ca. aq̄: et etiā oxymel cōpositū bibere: et pedes et crura cū aq̄ feruēti lauare: ⁊ ad inferiora trahere post hoc in nocte si nō q̄escat p hoc yerā assumere vz vel pillas de yera. Frōti vero hoc emplm apponere. Re. aloes epatici ʒ. iij. olei ro. vel aneti q̄tū sufficit: ⁊ fīm cām a calido vel frigido p̄uenīētē emplm de floribus arthemisie in aq̄ cocte ⁊ pistate: prius lauatione facta cū aqua decoctionis etiāz multum valet: etiā in dolore capitis.

¶ De dolore capitis ex flate in stō abūdāte. c. ix.

Liquādo fit dolor capitis ex hu. flaticis i stō supabūdānb⁹ ex q̄b⁹ resoluū tur fumi q̄ petūt cerebrū et facīūt dolorē in capite pp colligātiā quā habēt cerebrū cuz ore stomachi. ¶ Si igit dolor capitis fuerit ex hu. in stō exīnb⁹ signū erit q̄cū interpollatione: ex quacūq; eīn cā fuerit supascriptis et suascribēdis signis dignoscitur: ⁊ curis supīonb⁹ curabit: exceptis purgationibus per nares et gargarisma. Cū igitur dolor capitis fuerit ex hu. in stō supabūdāte fastidiū gīnak: ꝫ statim cibo sumpto minuit. ¶ Curet hoc mō si pa. ō leui vomere poterit cepas: caseū: pisces salsos: vel ficus siccas et hmōi comedat: vinū forte bibat ⁊ post aquā calidā in bona quātitate bibat et vomat: et hoc faciat duob⁹ dieb⁹: vel puocet vomitū cū vomitiuo scarpelle patriarche vel nicolai: vel cum aliquo simili vel cū vomitiuo magistri mei quez in cura de vomitu puocādo dicā. ¶ Nebule flegma medicātes de stō et intestinis: et etiā vermes et ascarides puocāt. Re. modicū farine et parū mastices et cinamomi pulueriz̄ati que oīa misceas: et cū lacte titimali nebulas fac et da vnā vel duas. ¶ Aliud ad idē. Re. ij. vel. iij. radicē polipodij. tere cū modica farina et vitello ouī. fritellas fac: et pa. da: vel detur pulpa petrōcelli q̄ suauiter educit flegma de intestinis et stomacho etiā melācholiā: puluis etiā de se. modice cū aqua ca. et modico melle datus idē opat. ¶ Post purgationē p vomitū denk ellaria calida cōfortātia vt est gariofilatū dyacalamētū dyacimini et similia. Inūgāt stomachꝰ ex isto epithimate. Re. olei veteris: rute. anna. ʒ. j. casto. cassie. aā. ʒ. ß. oīa in p̄dicto oleo decoquātur: et ex eo stomachus inūgat. ¶ Dicerent simili mō: vt dixim⁹ de dolore capitis ex flegmate facto ⁊c. remedia ibi dicta fiant prout expedit.

Deco ctio etiā ad q̄rta nā notā

¶ De dolore capitis ex melīa i stō supabūdāte sco. Cap. x.

Si dolor capitis fuerit ex melīa in stō supabūdāte hīs signis discernitur: pa. male digerit: et ante comestionē cū digō fieri incipit: dolet in stō: et grauedinē in auribus patit et cetera in dolore capitis ex melācholia ibi signa apparent. ¶ Curet hoc mō. p̄cedēte vsu oximellis p aliās dies: purget pa. cū decoctione hac cū q̄ ad hoc et q̄rtanā notā q̄ fit de melācholia nāli est exp̄ta. Re. sene thimi. epithimi. cuscute. ellebori nigri. camedreos squinanti. sticados semi. anisi fenicli. petro. corticum capparis. aā. ʒ. ß. oīa in lib. iij. aq̄ bulliank vsq; ad p̄sumptionē duarū partiū: deinde colentur et colature addas mirabolanoꝝ hebuloꝝ. ʒ. j. indoli. ʒ. ß. lapidis lazuli loti. ʒ. ij. exhibeatur tepida in maturinis decoctio hoc: vel purgetur cū isto oximelle qō valet ad predicta oīa ad q̄ decoctio. Re. radicis fenicli raphani apij ⁊ sqlle. aā. M. j. hec oīa p triduum in aceto infunde. Tertio ho die in medietatē illius aceti pul. faciās: deinde colatur eadas tertiā partē mellis dispumati. et pul. istū superaspge q̄ Re. sqnāti. sene. epithimi. spice. cinamomi. sem. fenicli anisi. aā. ʒ. j. et iterum bullire fac de quo dabis cū aq̄ se. raparū et radicū. ʒ. ij. vel mūdificet stomachus cū vomitiuis: quos dicemus in cap. de vomitu puocando: vtaq; electuarijs calidis in p̄dicto cap. dictis post purgationē mane et sero cū vino odorifero: sumēs ca. vtatur: et sepe et sepius post purgationē simplicia yerapigra Gal. olei calidis et epithimatibus et vnguētis stomachus inungatur: et dieter eo modo vt est predictum in predicto cap.

¶ De dolore capitis ꝓpter co. in stō exīstēte. Cap. xi.

Signa.

Si dolor fuerit ꝓpter co. in stō superabūdātem: signa sunt hec. Patiēs hz abhominationē: sitim: oris amaritudinē cum stomachi fastidio et punctione: et alia accidētia in cap. de dolore capitis ex co. exīstente ibi sume. ¶ Si pa. fuerit colericꝰ et in estate bibat multū de aq̄ frigida et post de ca. et vomitū puocet. quonīā hoc solo multi curati sunt. vel. Re. ʒ. ij. vomitiui. Nicolai patriarche vel scarpelle: et distēpera eas cū aqua ca. et cola: et cū syrupo acetoso misce ⁊ potui da: vel mūdificato stō cū p̄dictis medicinis in capitu lo de dolore capitis ex co. facto dictis. In meridie sumāt triasandalos vel dyarodō cum syrupo ro. vel vio. vel cū syrupo de sandal. cum aqua frigida mirtis.

Syrupꝰ purgās cholerā de stōacho ⁊ep frigerat

¶ Syrupus vales ad purgādū choleram de stomacho: epar et viscera refrigerat: ventrem humectat suauiter: et calorē stomachi et capitis dolorem qui fit ꝓpter cho. in stomacho exīstentem mitigat. Re. mirabolanorum citrinorum: ablinthij. ana. ʒ. scera.

xv. cuscute, fumiterre viol. ro. añ. ʒ. iij. tamaridoꝝ. ʒ. iiij. pruna. c. tunibus. rl. masticis spodij sand. al. ℞ ru. añ. ʒ. iij. ens. ℔ß. ʒ. hec oīa in. li. r. aq̄ die ℞ nocte reponāt: postea coquāt ℞ colature addat māne cassie. mūd. añ. ʒ. xv. ℞ fricent manib⁹: q̄b⁹ iterū colatis misce li. ʒ. granati acetosi ℞ dulcis: et zuccari. li. iij. de q̄ dabis. ʒ. iij. cū aq̄ frida: ℞ si pl⁹ laxare voluerit cōmisce in qualibet dosi scamo. grana. iij. ℞ diagagā. ʒ. ʒ. ℞ modicū syrupi vio. ℞ cū aq̄ tepida dabis. inungatur stomachus oleo rosa. vel viol. ¶ Epithima valēs ad punctionē ℞ doloꝛē stōachi et incēsionē q̄ fiūt ꝓpter co. ru. et cōtra vomitū acre. vꝫ si supra stomachū ponat. ℞. sand. al. et ru. añ. ʒ. iij. spodij. galie masticis. añ. ʒ. ʒ. ℈. oīa cōtusa coquātur in lib. ʒ. succi solatri vsq; ad medietatē: q̄b⁹ colatis adde. ʒ. iij. olei. ros. delde coquant q̄usq; solū oleū remaneat: ℞ stomach⁹ inūgat. ¶ Aliud epithima ad idē optimū valetei cōtra stomachi caloꝛē ℞ epatis adustionē. co. ru. refrigerat: ac febricit ātib⁹ subuenit. ℞. sanda. albe. et ru. pulueris ordei. añ. ʒ. iij. ʒ. iiij. olei ro. vio. añ. ʒ. ij. olei mēte. galie. boli. ar. cam phore. añ. ʒ. ʒ. fac pul. quē cū mucillagine psilij tēperabis et succo semperuiue cimbalarie vel solatri. dietentur vt in doloꝛe capitis ex co. ibi excrescēte facto dictū ē: remedia in casu hoc scripta fiāt: prout videbitur expedire.

¶ De doloꝛe capitis ex sanguine in stomacho vel epate: ℞ de eodem doloꝛe propter indigestionem ℞ coꝛruptionē cibi ℞ potus in stomacho. Cap. xij.

Signa

Cura sāguinei.

QVādoq; doloꝛ fit in capite ex sanguine in stō vel epate superabūdāte: ℞ signa huius sunt hec: q; est cū caloꝛe ℞ grauedine frōtis ℞ tympoꝝ ℞ totiꝰ coꝛporis: ℞ post comestionē magis augmētat. oculi rubescūt vene tympoꝝ videt esse plene: pulsus plen⁹: vrina subruffa ℞ spissa. ¶ Ille igit doloꝛ sola minutiōe cephalice consueuit curari. Si ꝯo ꝓ hec ꝓfecte nō curet epithimata: olea ℞ vnctiōes: q̄ in cura doloris capitis ex sanguine exīte ibi dicta sunt: stō epati frōti atq; tympoꝝ applicēt: put tibi vī expedire vt ibi dictū est dietent: ℞ eodem regimine regātur. ¶ Nō si fiat doloꝛ capitis ꝓpter indigōnē ℞ coꝛruptionē cibi ℞ potꝰ in stō q̄ sepe accidit: ℞ maxie hoibus inordiate comedētib⁹ ℞ bibētib⁹ more brutoꝝ hys signis certificabit: doloꝛ fit maxim⁹ post cibuꝫ donec digō fuerit celebrata cum doloꝛe stomachi accidit ℞ eructatione ℞ fit ipse doloꝛ maxie in vertice capitis cū repcussiōe q̄dā. ¶ Cures hoc mō. pa. post assumptionē cibi ℞ pot⁹ aquā calam bibat in multa q̄ntitate. ꝓuocet postmodū vomit⁹ in eo vel cū vomitiuo patriarche scarpelle vel nicolai ℞ silib⁹. Si ꝯo pa. nō fuerit habilis ad vomēdū aquā calam inq̄ cinamomū: mastiꝝ ℞ semina anisi ℞ seniculi cocta fuerint: post cibū bibat ℞ accipiat in sero aut in mane yerāpigrā. Itē dyacimini: dyacalamētum dyanisum: dyazinzi. ℞ hmōi electa ca. q̄ dictur⁹ sum in passione stomachi ex indigōne ℞ friditate sumat: dietet vt dictū est in doloꝛe capitis ex mekla facto. ¶ Electuarū optimuꝫ de quo sumere ꝺꝫ pa. añ cibuꝫ ℞ post in modū auellane: q̄ mirabiliter valet ad dissoluēdū flegma acetosum ℞ vētositatē in stō existētē expellit: flegma stomachi incidit ou odore ꝓestat bonfi: ꝓcurat digōnē ℞ mentē acuit. ℞. ʒʒ. masticis: cinamomi: rosarū spice. añ. ʒ. iiij. galāge piperis longi. assari: croci cassie lignee. añ. ʒ. vj. sandaloꝝ citrinoꝝ ligni aloes cardamo. cubebe: maratri calami aromatici: nucis⁹ mus. carpobalsami: sq̄nāti costi. añ. ʒ. iij. galie. sem. basilicon: phalliochlorum ℞ mēte. añ. ʒ. iij. cipi. ʒ. iij. ℞ omnia pulueriz̄ata cū succo citoniꝝ ℞ melle q̄ sufficit coquas q̄usq; ad spissitudinē deueniat: deinde spēs ℞ pul. apponātur et vsui reseruet vt dictū est. ¶ Pille añ cibū ℞ post optime q̄ multū iuuant stomachū fridū in digerēdo. ℞. carui leuistici asse ciminī: origani. añ. ʒ. j. hec oīa terant et bulliant: et fiat apozima ex eis sic q̄ in vio al. ℞ melle dispumato bul. q̄usq; ad spissitudinē deuenīt: ℞ tūc ab igne remoueantur ℞ pul. istarum specieꝝ admisceant ibidē. ℞. cassie: lignee: garofilorū: spice gētiane. agarici. añ. ʒ. iij. ℞. ℈. masticis. ʒ. vj. ro. cinamomi. anisi. añ. ʒ. iij. ꝺra cū predicto apozimate: ℞ fac pilulas in modū fabe: quibus vtat ante cibum ℞ post. ¶ Alie pillule optime ante cibū ℞ post ad grauedinē capitis ꝓpter indigōne cibi ℞ potus ꝓuenīte: faciunt enim inconuenīēti digerere ℞ bene assellare ℞ satis sunt vtiles arteticis

Electuarium ad flegma et vētositatē istomacho.

sillit: cis ℞ retētiōi vrine: ℞ sunt erpte a magro meo in oībus egritudinibus notatis. ℞. myrre: oppoponacis: galbani: bdellij: armoniaci: gentiane. añ. ʒ. quatuoꝛ. sem. iunīperi. ʒ. xiij. aloes epatici. ʒ. xij. serapini. ʒ. ℈. infoꝛmenk in modū oxo bi: ℞ denk. v. vel. vij. ante cibū ℞ post ꝑm q̄ videbit expedire. ¶ Alie pillule añ cibū ℞ post ꝓtra oēs coꝛpis molestias: vētrē soluūt parū ℞ suauiter: ℞ optime digōnē ꝓcurant. ℞. ligni aloes. garioflo. nucis mus. cinamomi: zedoarie: caruī: cardamomi: croci. ʒʒ. añ. ʒ. ij. reubar. reupontici: añ. ʒ. iij. aloes epatici q̄tū de oīb⁹ ꝓficiant cū vino veteri odoꝛifero et optimo ℞ infoꝛmētur pille in modū cicerū ℞ dētur. v. vel. vij. añ cibū vel post. ¶ Alie pillule q̄ valēt etiā multū splenetic⁹ et epatic⁹. ℞. ro. vio. añ. ʒ. j. coꝛticū mirabolanoꝝ citri. ℞ indorū. añ. ʒ. j. fenū se. portulace: lactuce scariole masticis: ante. ʒ. j. reubarba. spodij. añ. ʒ. j. macis. ʒ. j. aloes ꝑ medietatē oīm ꝑdictoꝝ ꝓficiāt cū succo feniculi: vel absinthij. ℞ dent vt supiores. Et hec de passiōe capitis ab aere calido vel frigido vel ab hu. aliq̄tdi supercrescēte: vel astō sine ab indigōne et coꝛruptione cibi vel potus prouentēte: de doloꝛe capitis sufficientibus bene dicta ad ꝓsens sufficiant.

ADditiones pillulis sine q̄b⁹ esse nolo vtebatur magr̄ cāpanus quotidie ol die sumēdo duas vel tres i modū cicerū. ℞. aloes epatici. ʒ. iiij. myr. ʒ. ij. croci. ʒ. j. cōfice cū succo ro. ¶ Pillule ꝑ me cōposite laratiue añ cibū ℞ post ꝓtra ifirmitates coꝛpis ℞ molestias ℞ ad dol. y. iacū arteticū podagricū: palyticū: tremulosum. ℞ hu. oīb⁹ vtiles et erpte. ℞. interioꝝ colloq̄ntide: sera pini electi: ante. ʒ. ij. masticis. ʒ. j. oppoponacis galbani: bdellij assē tetide. añ. ʒ. ij. ℞. ℈. ꝓfice cū succo cucumeris agrestis: et infoꝛmētur pillule in modū oxobi. ℞ dētur. v. vel. vij. in sero.

¶ De passione oculoꝛum. Et primo de gutta ca. rubedine lippitudine sine obtalmia. Cap. xiij.

CVm de passiōib⁹ oculoꝝ auriliante deo meo ꝓpositū sit tractare dico q̄ humoꝛ quidā sunt in capite nāliter: q̄dā superabūdāt: supabūdantū aūt q̄dā emittunk ꝑ os. Uñ fit os putridum: quidā ꝑ aures vñ fit surditas: q̄dam ꝑ oculos: vnde fiūt oculoꝝ passiones q̄ diuerse sunt et diuersimode nūcupank: put inferius enarrabit. Cū esīn oculoꝝ tunice sint. viij. vt ait Jo. Damā. scire debemus q̄ in qualibet tunica pōt egritudo generari ꝑm q̄ inferiꝰ enarrabo. ¶ Primo tract̄ de gutta ca. ℞ lippitudine siue obtal. mia oculoꝝ meū est ꝓpositū tractare. Cū igit q̄s habuerit oculos lippidos et rubeos. ita tamē q̄ ibi nō sit aliq̄d q̄ lachrymā sepissime emittat gutta ca. siue obtalmia nūcupat: q̄ ꝓprie in prima oculi tunica fit. Fit esīn ex superabūdanti cholera: ℞ signa etiā cholere adsunt: q; dolēt oculi cū puntura et calēt cū incēsiōe et cetera signa cholere adsunt. Et hec egritudo nisi in ꝓncipio curet oculos depilare ꝙsueuit sic q̄ facit palpebras cadere. Primo igit ordinabo dietā ꝑ oībus egritudines oculoꝝ patiētib⁹ cū dieta sit potissima res in curatiōe cuiusl; egritudinis. ¶ Sciat vtiq; vnusq̄sq; in oculis pattē. opꝫ ipm cauere a saltis fritis acetosis a vino forti a sole: a vēto: a pul. a fumo: a nimia comestione: a nimio ieiunio: a fletu: abitra: ab alito: ra coꝛtu. si fuerit artis mechanice labo: et parū. si litteratus parū legat ℞ spāliter subtiles fras: q; subtiles valde nimiū ſtueri legēdo nocet vi sui. caueat ne ocl̄os tāgat manib⁹: et cū necesse fuerit tunc suauit cū petia syndonis ocl̄os tāgat: et leuit sine tricatione eos absterget: offas nō comedat: q; multū offendūt visū nō lauet sibi caput nimis sepe. q; ꝓpter hoc multi perdidrūt visum ante tp̄os: nimiū lauādo caput eoꝝ: a pane azimo sibi caueāt ℞ ab oībus cibariis dure digōnis et grossi. hu. gñatiuis atq; viscosi: de leguminibus nullū comedat preterq̄ de brodio cicerū: stuphas nō intret nisi in quodam casu quē ponit Gal. super affo. oculoꝝ doloꝛē meri potio aut lauachrū ꝛc. Uerba aūt q̄ tibi ponit Gal. omitto cā brevitatis: nō lauet sibi oculos cū aqua frigida sed tepida. Si lauent cū vrina ꝓpria in mane cū surgit a lecto: vel etiā saltua ꝓpria multū cōfert oculis: panē bene coctū vel fermentatum et vinus vel duoꝝ dierū recentem comedat vinū bene lymphatū ℞ clarū bibat: carnes pullinas ℞ castratinas hedinas: capitolinas: et aūt ꝑterq̄ in paludibus degētū et comedāt

Signa cholere.

Cura.

Dieta ē potissima incura egritudinū.

Urina Salus.

ꝛ comedãt portulacas:maluas:cicera:cucur. lactucas: boraginẽ feniculũ:ꝛ silia cũ dictis carnib⁹ cognatis:comedat puma dama.amigd. vnũ vel duo mala assata in igne oua in aq̃ piecta.asparagos bruscos far ordeũ ꝛ granũ cognatum cũ lacte amigd.ꝛ silia comedat.et sic dietã q̃sq; in oculis patiens teneat quousq; curat⁹ fuerit:qz dieta potissima pars est curatiõis nõ solũ in passiõibus oculoꝝ:sed etiã in aliis q̃buscũq; egritudinib⁹. ¶ Ad guttã ca.ordinata ꝓs dieta vt dictũ est ordinet et detur oi mane syrupus vio.ro. oxiz accara vl̃ syrup⁹ acetos⁹:post purget cũ.z.ij. mirabolanoꝝ citrinoꝝ vel cũ sero lactis ꝛ parũ dyagridij in pomo cocti vel cuz decoctiõe in capitulo de dolore capitis ex co.facto scripta:vel cũ pilulis ibi scriptis. ¶ Et nota qz vt dicit Gal.in trac.suo de passionib⁹ oculoꝝ:nil dz oculis imponi nisi ꝓus purgatio cũ flõmia diuersiua ꝛ potiõe ꝓcedat:celebrata ꝙo purgatiõe de hoc medicamie paꝛ in oculis imitte.qõ oculos clarificat lachrymas exiccat:ꝛ lippitudinẽ aufert:ꝛ guttã ca.remouet.accipe.ij.vel.iij.ciminalia: et stillãdo mittas in eis aggrestã ꝛ ducas p ea ꝛ dimitte siccari ad solẽ:ꝛ sic itez adde de aggresta:et itez in sole siccenꝫ: et sic fac ter vel quater in die vsq; ad.ix.dies post superpone tot pugillos cineris quot sunt de ipa aggresta sicca:et supinũ das vinã pueri ỽginis:ꝛ post suppone ciminalia ꝛ dimitte sic stare vsq; ad.vij.diẽ oi die ꝓdictã vinã recẽtẽ supinfundendo ꝛ deficcãdo ea:postea hũc pul.abrade de ipsis ciminalibus et paꝛ ex eo oculis imitte cũ ỽga enea pua in modũ cochlearis facta. ¶ Itẽ ad rubedinẽ siue guttã rubeoꝝ oculoꝝ. Ꝛ. lapidẽ lazuli ꝛ cũ ipo ꝛ albu.ouj ablue totiẽs donec al.illõ rubeũ efficiaꝫ.in quo infũdas stupã ꝛ oculis suppone. ¶ Ad idẽ tere antimoniũ et in panno inuolue ipz et sub pruinis ardeas ipm et pul.istum oculis imitte:vel cũ aq̃ ro.misce et vtere. ¶ Aliud ad guttã rubeã. Ꝛ. vinaz pueri ỽginis et vnũ cliteꝛ:et in olla rudi cũ salua:ruta: et raꝺ. feniculi.añ. bullĩãt q̃sq; tertia pars tñ remaneat:ꝛ ex hoc liquore tepido ter vel quater in die oculos ablue:valet etiã ad lippitudinẽ. ¶ Itẽ ad guttã ca.et rubed.et etiam ad lachrymas oculoꝝ valet accipe antimoniũ ꝛ põas ipz ł aceto tribus diebꝰ ꝛ noctibꝰ deinde in pasta ordei ipm inuolue:et ad ignẽ ardeas post ipz subtilr pulueriza et oculis imitte. ¶ Et nota qz ex gutta ca.nascunꝫ lippositas aut gutta rubea:siue rubedo lachrima et fistula. ¶ Itẽ nota qz cũ gutta iuuenẽ inuaserit.ꝛ ł estate debem⁹ minuere eũ de vẽa capitis iuxta manum:et tũc cũ tepida oculos lauare. ¶ Item ad guttã ca.siue rubedinẽ aq̃ ro.et cãphora simul misceantur:ꝛ in vase vitreo simul ꝛclaudãtur:ꝛ trib⁹ diebꝰ ad solẽ ꝛ trib⁹ noctibꝰ ad rozẽ maneat deinde oculis imponaꝫ:quia oculos mirabiliter pulchꝛos reddit et lippitudines aufert. ¶ Aliꝫ ad lippitudinẽ oculoꝝ. Ꝛ. vnũ bacile et ipone ibi bipartita grana piperis.xx.iciſi minutiz:ꝛ frustatim inciſum oiaꝝ tres dies ł vino albo dimittas iacere: post paꝛ bulliãt inſimul ꝛ oculis sepe ꝛ sepi⁹ ipone in die. ¶ Ad idẽ tere blaueã et pul.eius simplicẽ vel cũ aq̃ ro.mixtũ oculis impone. ¶ Itẽ succus cimaꝝ rubi.cuz aq̃ ro.et al.ouj mixtus et oculis imposit⁹ tollit lippitudinẽ. Itẽ pletã tritã cum pauco alumine mixtã fronti impõe. ¶ Itẽ succus paritarie solus cum al. ouj.mixtus et oculis imposit⁹ idem operatur. ¶ Aliud expimẽtũ ad lippitudinẽ a me elixẽtur.ij. vel.iij.ꝰ oua et extrahatur aq̃ de al.ouoꝝ ipsoꝝ p expꝛssionẽ cum penna lini:ꝛ misce cũ ipa aqua parũ aq̃ ro.ꝛ succi cimarum rubi.ꝛ oculis iponaꝫ ter vel quater in die. ¶ Aliꝫ ad idẽ. Ꝛ. dragaganta.gũmi arabici amid.ro.añ.z.v.opij.ʒ.ʃ.terãtur ꝛ cũ petia lini oculi suppone. Abluanꝫ oculi cũ aqua ro.vel plantali in aqua.ro:virides sint cocte. ¶ Aliud ad idem:et spãliꝫ qñ cholera fuerit i cã qz cognoscit.p dolorẽ nimiũ pũgituũ ꝛ calorẽ oculoꝝ ꝛ asperitatẽ: psilũ cũ aqua ro.et al. ouj oculis imponaꝫ. ¶ Itẽ litũ cũ aqua ro.ꝛ lacte mulieris impositũ exptũ est mundificek tñ prius corpus cũ decoctiõe in dolore capitis ex co.facto scripta. Et si materia fuerit san.fiat minutio de cephalica:vel de vena frõtis vel san.ꝰ spatulis cũ vẽtosis extrahaꝫ:ꝛ põt etiã mũdificari san.cum decoctione scripta in capitulo de dolore capitis ex sanguine facto. ¶ Qz si ex frigidis humoꝛib⁹ fuerit lippitudo siue obtalmia:oculi pene ꝛ palpebre grosse apparent: multi hu.desiuũt: vt viscosi:ꝛ oculi etiã inuiscãtur. Primo igit ab

Cura p medicinalia.

Modo ꝓthomia.

Ꝺ materia frigida.

ipo principio dem⁹ ormel de radicibus cũ aqua decoctionis raꝺ.feniculi quousq; materia fuerit digesta:postea purgetur cũ ꝓrapigra Gal.vel cũ pil.sine quib⁹ esse nolo :aut reis cochijs ꝛ sikibus:postea si balneek in aqua tepida simplici vtile est:in quo denk pa.aliqua opiata vt dyaolibanuz aurea ꝛ similia.purgetur etiã per nares cũ caput purgijs ꝛ aljs necessarijs:deinde colliria oculis iponãt. ¶ Aloes cũ vino si distemperent ꝛ oculis imponaꝫ muro modo confert. ¶ Aliud ad idẽ abscinthiũ cõtritũ cũ al.ouj ꝓmixtũ ꝛ oculis superpositũ clausis palpebris valet. Idẽ operaꝫ ỽbena cõtrita ꝛ cũ al.ouj.cõmixta.ꝛ oculis superposita. ¶ Aliud a me ꝓbatũ ad idẽ:valens ad lippitudinẽ siue obtalmiam ꝛ etiã ad pãnũ oculoꝝ:ꝛ etiã muromodo ꝓfusum clarificat. Impleaꝫ olla ex cortice radicũ feniculi:deinde ipleaꝫ vino al.puro ꝛ bul.simul donec solummodo quarta pars vini remaneat:deide diligẽter colek ꝛ in pelui enea cũ pul.olibani ꝛ aloes diligẽter admisceaꝫ:et sic ꝙ tres dies dimittatur: ꝛ post in oculis cũ pẽna mane ꝛ sero iponaꝫ. ¶ Collirũ optimum in declinatione cuiuslibet lippitudinis siue obtalmie Ꝛ. sarcocole.ʒ.ʃ.cãphore. ℈.ß.thutie.ʒ.ij.croci. ℈.ß.distẽperek cũ vino al.ꝛ aqua roꝰ.et oculis bis vel ter in die imponaꝫ:qz mirabiliter valet. ¶ Ad idẽ. Ꝛ. frustuz eris.ʒʒ.incisi frustatiz in pelui enea cũ vino al.ꝙ triduũ ifunde. post oculis ipone. ¶ Aliud ad idẽ optimũ:sarcocollã:dragag.gummi arabici crocũ ꝛ aloe.añ.tere:ꝛ cũ succo feniculi vl̃ cũ succo memithe ꝛ lacte mulieris distẽpera:ꝛ oculis imitte. Et si fortio: fuerit obtalmia siue lippitudo:distẽpera ꝓdicta cuz succo celidonie ꝛ oculis imitte:qz multũ clarificat visũ ꝛ lippitudinẽ.tollit. ¶ Expimẽtũ hybernici ad idẽ.succũ betonice ꝛ rute cũ pauco melle dispumato admisce:et fac collirũ ꝛ in nocte duas vl̃ tres guttas oculis immitte:mane ỽo abluãt ocli cũ aq̃ tepida in q̃ tacuerit aloe ꝛ olibanũ pulverizatũ. ¶ Itẽ emplm factũ de puluere ciminꝰ cũ cera noua liq̃facta positũ sup oculos clausis palpebris valz ad lippitudinẽ ruboꝛez:ꝛ ẽt tũoꝛẽ ꝛ doloꝛẽ ocloꝝ ex pcussiõe factũ. ¶ Itẽ pul.ciminꝰ cũ suc.rute ꝓmixtꝰ ꝛ oculis supposit⁹ clausis palpebris idẽ opaꝫ. ¶ Itẽ succ⁹ ỽbene ꝛ absinthij cũ aq̃ roꝰ.ꝓmixtꝰ ꝛ supposit⁹ oculis clausis palpebris vz ad ꝓdcã.

ADditiones in obtalmijs inquietãtibus in ꝓncipio: ꝛ etiã in augmẽto post minutionẽ vl̃ purgationẽ:si hoc fieri sit necesse:hoc nobilissimũ ꝛ leue remediũ est ꝛ velox.ſ.vt thutia bona subtiliter contrita aq̃.ro.misceaꝫ:ꝛ ex ea turbida ꝛ alba q̃si lac i die multotiẽs oculis iponaꝫ addita mucillagie psilij.modicũ amidi ꝛ zucari efficaciter ꝛ velociter sedat doloꝛẽ:et etiã:thutia cũ albis margaritis ꝛ aq̃ ro.est mirabil. ¶ Similr opaꝫ hec aq̃ botros ro.ru.vl̃ al.añ̃ꝫ apiankeuelle.ꝛ sicca i vmbra:ꝛ cũ necesse fuerit coq̃ i vase ereo nouo lauato cũ aq̃:post cũ decoctio mutat subꝫ ꝛ colorẽ cola:ꝛ cũ hac aq̃ tepida laua oculos pkies i die int⁹ ꝛ extra:ꝛ.ix.vl̃.xj.ex eis botriopistes i trib⁹ sacculis vl̃ q̃tuo:puis.roꝰ dis fm magnitudinẽ orbite oculi factis:ꝛ ipi sacculi i aq̃ ꝓdicta in q̃ ꝓdicti botri bullierit:humectẽt dũ ca.ẽ:ꝛ calefacti vni ocło vl̃ duob⁹ apponãtur:ꝛ cũ infridank vl̃ siccank:in aq̃ ꝓdicta duo alij calefacti oculis supponank:ꝛ sic sepe mutenk:ifra.n.medijã diẽ doloꝛez ꝛ passionẽ alleuiabit mirom̃ nec opz tenuẽ i hoc dieta ſuari si voluerit:tut⁹ tñ ẽ ſuare:ꝛ in fluxu oculoꝝ optimuz ẽ ꝙuenire dolori cũ succo tusq̃mi albi vl̃ succo vue lupine ¶ Emplm de camomilla in aq̃ simplici vl̃ lacte bullitũ apositũ ꝙ frontẽ ꝛ ocłos multũ sedat doloꝛẽ occuloꝝ. ¶ Et mucillago cidoniorũ ẽ lenitiua ꝛ maturatiua valde. Lac asine ocłis intectũ iter oia visuz clarificat. Itẽ ad clarificãdũ oculos ꝛ purificãdũ. Ꝛ. succi feniculi: celidonie. ỽbene apti:rute depuratoꝝ olim añ. ʒ.j.mellis dispumati. ʒ.ij. bulliãt ꝙ oia insimul modicũ:ꝛ colẽt ꝛ seruẽt in vase eneo: et calidũ ocłis imponaꝫ qz ẽ mirabile ꝓtra pãnũ maculã albulã et catharactã. ¶ Collirium mirabile et ꝓbatũ. Ꝛ. viridis eris ʒ.j.salisgẽme.ʒ.ß.pulverizẽt ꝛ distẽperẽtur in.ʒ.ß.vini albi. clari ꝛ veteris:ꝛ i vase eneo reponaꝫ:et de hoc vna vel due gutte ocłis iponaꝫ ꝛ fiat hoc de tertio i tertiũ in sero.et si nimis inspicetur põt distẽperari cũ succo feniculi vel rute. qz istud collirium potenter operatur in causis ꝓdictis: et potest seruari p annũ vl̃ duos in vase eneo. ¶ Ad caliginẽ oculo

rum. ℞. folioꝝ rute cū vino veteri cocte ⁊ in vasevitreo pōe et in oculis quotidie cū pēna pone modicum. ¶ Ad maculā oculoꝝ fer aceti siccek: ⁊ puluerizek: ⁊ tertia pars aloes epatici addak: ⁊ de hoc puluere bis vel ter oculo impone in die. ¶ Itē gutta balsāmi intecta in oculo in trib⁹ vel q̄tuor vicibus maculā frāgit: etiā inueteratā ō. ɔ. annis. ¶ Itē si oculi rubeāt vl pūgāt: ⁊ lucē vel ignem sustinere nō possint: ⁊ nō sit apa. ℞. valerianā: apiuꝝ plātaginē sempuiuā. añ. ⁊ succ⁹ extrahatur: ⁊ cū mica panis frumēti azumi distēperek: ⁊ fiat emplm inter lr̄a ⁊ durū ⁊ oculis frigidum supponatur pāno subtilissimo interposito infra noctē curat: lz sanguis totū oculū cooperiat. ¶ Lac̄iū cū lacte mlieris aut vino albo dissolutū dolorē pruritū ⁊ san. tollit. ¶ Si aūt hūor adhuc reumatizat succ⁹ radicis rapistraꝝ pul. se. vrticē: ⁊ nasturtij masticis olibani cū farina volatili mixtus ⁊ frōti ⁊ tympoꝝ linit⁹ hu. ca. reumatizare nō sinit. se. cētrum galli ihusuꝝ in aqua et inter palpebras cōiectū oculos clarificat: medulla panis ca. aspa aqua ros. in calido tpe: ⁊ in tpe frigido vino ⁊ cimino super oculos ponatur. ¶ Succus aggreste me mithe. maligra. sub cinere coctum et expressum valet similiter succus plantaginis cum verbena mistus va. et.

¶ De lachrimis oculorum. Cap. xiiij.

Si sit ex debilitate cerebri vl frigiditate aeris. Si sit ex plenitudine humoꝝ frigidorū.

LAchrymantur oculi qñq; ex debilitate cerebri vel aeris frigiditate: ⁊ tūc ɔz dari aurea dyaolibanū esdra: ⁊ similia: deinde collirium superi⁹ scriptū qō fit de corticibus raō. feniculi: ⁊ sub scribēda collyria lacrymas restringētia debēt oculis ponī. ¶ Nōnq; ex plenitudine frigidorū humorū lachrymant oculi: ⁊ tūc digerem⁹ materiā p aliquos dies dādo omni mane melro. vetus cum aqua decoctionis se. feni. et anisi. deinde cū pill. aureis vel theodoricō empericon paulino vel ana cardino purgetur. Balnea etiā sepissime detur et: vel etiā per nares purgetur. Vel purgetur cū hiis pill. ℞. pulpe colloquintide gra. iij. hierepigre. gra. xv. dyagredij in pomo decocti gra. ij. ⁊ ℈. turbith al. sticad. añ. gra. v. cōfice cū succo feniculi vel absintij. Itē sumat de pill. istis semel in septimana. ℞. cinamomi calami aromatici cubebe nuscimuſ. macis: spice epithimi carpobalsami: squinānti masticis: garioſ. assari gariofilate. ligni aloes. añ. gra. ix. ambre gra. v. turbith. colloquintide. añ. gra. xvj. mirabolanoꝝ oīum. añ. gra. xj. agarici feni. sene. añ. ℥. j. et gra. vij. et. ℈. aloes succotrini optimi ad pōdus oīuꝝ. lformētur pillule ad modū parui ciceris: ⁊ dentur ℈ j dictū modū. ¶ Experimētū hybernici optimū ad lachrymas restringēdas accipiat paries in sero cū vadit dormitū: vij. pill. de paulino factas in modū ciceris grossi ⁊ ipsum paulinū cū albu. ouī mixtū supra petiā lint extēsum frōti et tympoub⁹ apponatur ⁊ oportet eū tbi quotidie applicatum: ⁊ hoc fiat ad minus ter in hebdomada: vel qualibet vice dētur pdicte pill. ex tpo paulino facte et ipm vt dictum est frōti ⁊ tympoub⁹ applicetur. Itē in oibus suis cibis vtatur pul. boni cynamomi ⁊ cubebe. añ. ⁊ dictā teneat in pncipio huius tractat⁹ scriptā. Itē post purgationē ppter stomachi cōfortationē vtatur hac mixtura. ℞. rosate nouelle optime dyaroō. abba. ⁊ dyaboraginati. añ. lib. ℈. condiank cum. ij. grana. muſc: ⁊ de huiusmodi mixtura mane et sero in modu castanee sumat. ¶ Strictoriū mirabile ad restringēdū lachrymas: qō debet supra frontē ⁊ tympora ligari et tbi quotidie portari cum fascia ligatū: oē etenī reuma a cerebro decurrēs restringit: vñ si hu. in cā fuerit ɔz cerebrū mundificari cū aliqua pdictaꝝ medicinaꝝ postmodū ipsum strictoriū ɔz frōti applicari ⁊ tympoub⁹: qō. ℞. myrrhe. cimini. thuris. aloes. armoniaci. masticis. bolarīi. añ. ℥. ℈. croci. ℥. quar. terātur et distēperētur cum al. ouī. ⁊ supra petiā extēdātur ⁊ fronti et tympoubus cū fascia ligētur. ⁊ tbi quotidie portētur: qr̄ mirabiliter restringūt ⁊ est exptū. ¶ Aliud strictoriū ad idē expertum ⁊ optimū. ℞. olibani masticis gummi arabi. dragagā. bolar. mūmie. san. dra. añ. ℥. ℈. opij ℥. quart. terātur ola ⁊ cum al. ouī cōficiantur ⁊ supra petiaꝝ vel chartam ponantur. ⁊ fronti ⁊ tympoubus applicentur ¶ Aliud qō ſuꝝ expert⁹ Neapoli in quodā sene cuius oculi lachrymauerūt tam p annū et statim cū hoc remedio est restrict⁹. Accepi olibanū masticē gūmi arabicū: ⁊ laudanum. añ. parū: ⁊ supra frondē lauri ola trita posui deinde feci ola super feruētē tegulā liquefieri: et calida supra venas frontis ⁊ tympora apposui: ⁊ quotidie portabat supra dictas venas supascriptū emplm: et intra paucos dies curat⁹ fuit. ¶ Experimētū hybernici ⁊ magistri mei qō potentissimuꝝ est ⁊ expertuꝝ in restringēdo. Abradatur caput pa. ⁊ melle inūgatur ⁊ magis in occipitio: deinde pul. seminis sinapis subtilissime triti superaspgak ter vel quater: deinde mitraꝝ de cotto factā superpone: ⁊ sic per treꝝ vel quatuor dies eā portet. qr̄ mirabiliter restringenk lachryme. Quidā miscent pul. cimini ⁊ cinapis. añ. ⁊ faciunt vnctionēs supra caput ex ipo melle ca. dictīs. pul. supaspgēdo: ⁊ vtrūq; bonū ē. ¶ Itē si necesse est mittak seta in cartilagie auris: sine retro in concauitate sub occipitio qō melius est sm doctoꝝem cyrurgie. Rogerīū: ⁊ scindātur vene que sunt in fronte sm q̄ in predicta cyrurgia ⁊ in aliis plene edocek: vbi de pas. oculoꝝ tractatur. ¶ Item folia edere inungatur melle ca. deinde pul. rute: ⁊ cocte aut supaspgak clausisq; palpebris supra oculū lachrymātē apponatur: qr̄ restringit lachrymas. ¶ Aliud expertū ad idē: abluātur oculi ter vel quater in die in aqua in qua monetarij extingūt aurū vel argentum vel ferrum. sine forcipes suas ⁊ melius est: vt tpa puius bulliat parū thuris masticis aloes ⁊ litargi. Expertissimuꝝ est etiā illud experimentū: ⁊ potētissimū ad hoc. ¶ Collirioū optimū qō si oculis imponak potēter lachrymas restringit. ℞. ematicis calidis. añ. ℥. ij. memithe thutie galāge. añ. ℥. j. thuris. aloes cachimie. spice. añ. ℥. ℈. subtilr terantur: ⁊ cum succo feni. confice: ⁊ mane ⁊ sero oculis immittē: ⁊ cū pdicta aqua monetariorū sepe vt dixi oculos lauabis: qr̄ potēter restringit lachrymas. ¶ Itē collirū ex olibano ⁊ aloe puro tritis ⁊ cū vino mirtis oculis impositū valet. ¶ Collirū magistri mei in restringēdo lachrymas expertū ⁊ visum mirabiliter clarificat ℞. antimonij thutie. añ. ℥. iij. saligemme. ℥. ij. celidonie: memithe. añ. ℥. ij. costi: myrrhe. añ. ℥. j. camphore. ℥. ℈. thutiam ⁊ camphorā cuꝝ mirābolanis cōditis tribus diebus tēpera. de aliis ℈o rebus fiat pul. ⁊ oīa simul misce: ⁊ cū succo radicis feni. cōficiātur et oculis immittank. ¶ Aliud ad idē rutam: celidoniā: vinū al. cum pauco pipere: thure masculo: ⁊ diagaganto in vase ereo vel cupreo p aliquos dies manere facias pr⁹. postea de huiusmodi liquore oculos in die ter vl quater lauabis. ¶ Itē vinū i quo platelle argēti vl ereē. xij. vl. xij. vicib⁹ sunt extincte: mirabilr valet si ex eo oculi lauētur. ¶ Aliud ad idē bacce lauri a cortice exteriori mūdate: deinde per noctē infuse in vino al. vsq; ad cōsumptionē eorū fortiter stringantur: et liquorem qui ab eis exit collige in vase vitreo: ⁊ in angulo lachrymali. j. vl. ij. guttas appone: qr̄ potēter lachrymas restrigit. ¶ Aliud ad idē. ℞. cuparose thuris. añ. ℥. ij. cāphore. ℥. ℈. ofice cū aq̄ ros. vel pluuiali in estate: ⁊ hyeme ℈o cū vio al. ⁊ bis vl ter oculis immitte. ¶ Aliud ad idē pbatū. ℞. radicis feniculi: folioꝝ rute: roſ. baccaruꝝ lauri. cymini. añ. ℥. ℈. hec. ola i vino alb. optimo bulliāt vsq; ad ℈sumptionē duaꝝ partiū: de quo bis vel ter in die oculi abluāt: qñ mirabile est. ¶ Aliud ad idē antimonij lap. calaminarē ⁊ thutiā. añ. puluerizenk: ⁊ i optimo vio albi bulliāt de quo pdicto modo ocli abluant. ¶ Itē si nimius ⁊ quasi irrestringibilis fuerit reumatismi decursuꝝ: dek dyaolibanū aurea ⁊ silla: ⁊ pille de cinoglossa ⁊ alia cōpetēta q̄ cōsequēter in capō. de catarro ⁊ corīza scribam deo dante.

Experimentum.

Experti.

anulum et rursus per ordinē singulos sustineat ſz penetret
in omnes per ordinē ex illo lapide vis nature cum priores
nexu vehementissime cōstringit posteriore remissione ada
mantis gñis eximij vis nature tante est potētie vt vbi ma
gnes solito more ferrū attrahit hoc ipsum pñs ab eo violē
ter extorqueat: actio vero fugatiui manifeste appet in il
lis in q̄b⁹ matrix est venenosa fugiank sicut fum⁹ ligni gra
nati serapinū ⁊ asa ⁊ silia actio vero stupefactiui clare ꝓz
in pisce de quo dicitur q⁹ man⁹ trahentis rethe in quo capit
sensum auffert actio vero fixiui a parte apparet in pisce de
quo dicit plini⁹ q⁹ est q̄dā pisces in mari vni⁹ pedis stature
q̄ si nauis nauigantis impulsus a vēto inhereat mor in ip
sa figit ac si fune ligarek actio corruptiui manifestak i napel
lo q̄ holem corrūpit ⁊ coturnices nutrit. actio ſo ꝓiortati
ui mānifestak i medicis cordialibus vt ē tacit⁹ aurū bugiosa am
bra ⁊ silia actio infirmatiui ꝓter venenū ⁊ rē venenosa ꝓz
in epate hyrci q̄ cōestū ⁊ odoratū mouet morbū caducum
ex cōuentia quā habet cum sequit hui⁹ morbi a celo et ex
cōtrariectatis q⁹ cū spē mēbroꝝ patiētiū vt cerebro. Actio ſo
curatiui egritudis ꝓz euidētissime i peonia q̄ curat morbū
caducū vi ꝯtraria hui⁹ spēi lāguoris a celo ⁊ forte ꝓue
niēta spēs cerebri pa. opilationē in vētriculo ānteriori cere
bri vt cū materia hui⁹ morbi pncularis in q̄ cōsumak spēs
in tali aspectu lune deceret mouere opilationē factura añ
riori vētriculo cereb. caulāte morbū caducū peonie pñs p

fuspēsionē ad collū lāgueūs vi cōtraria acq̄sita a celo in eodem aspectu fixionē ꝛ immobilitatē ꝑbet materie nocie ꝑ facenti ꝛ confortationē nature membꝝ passi ꝛ cōueniēt iam illius spēi vt a talꝝ ꝑbeat motū cūdē morbū factura ꝛ q̄ natura tā cōfortata parte anteriori vētriculi cerebri ineſt ꝑ quā expellit omne illud qđ ineſt contrariū ei ꝛ refugit cum quelibet spēs morboꝝ hominis habeat suā stellā sub q̄ generatur ꝛ viuit vt dicit rabi moyses, luna quidē cerebro appropriat q̄ ꝛſi quadrat ꝛ opet vꝫ ꝑ lumē receptū a sole vt maturare fructꝰ ostrea ꝛ aialiū cerebra adimplere gal. testante cuiusq; materiā infrigidare ꝛ hūectare quātum ad domo ese cūdū ptolomeū ,ppriorē tū ꝛ fortiorē ꝛ cōueniētiorē hꝫ aspectū sup anteriorē vētriculū cerebri magis saluat specificum illꝰ q; nā creatū est frigidū in mēse frigiditatis mēbroꝝ decima remissum ꝛ hūidū q̄nta minutiōe hūiditatis mēbrorū positus. Eterū hic vētriculus ceteris humidior ꝛ leuior. Inde alterationes suscipiēs facilꝫ. Medi⁹ ꝫo vētriculꝰ ad duriciē tēdit. ,Posterior ꝫo durior est elongatꝰ ab hūiditate pilo sic q̄ analepsia cerebri Auicenna testante, Et q ꝑtz liq̄dius ꝑspicaciter intuēti quare peonia ꝛ silla a tota spē curāt epilepsiā ꝛ nō apoplexiā. Q; opilatio anterioris ventriculi cerebri nō integra parit morbū lūaticū. Opilatio ꝫo oluꝫ vētriculoꝝ cerebri morbū apopleticū gignit. Uel forte sicut magnes vi sue nature trahit sensibiliter ferrum ꝛ trāſ sumit se in illius spēm sic peonia suspēſa collo vel fumigata cerebro vel euaporata latenter ꝛ occulte trahit nocīā illā mām factura morbū caducū ꝛ se trāſūdit in illꝰ spēm. Et forte de suspēſione pirethri ꝛ ligni visci q̄rcini simile est iudicū de hmōi autem lignis cū argento ligati suspensione certificatus fui in quibusdā pueris. Et lapis smaragdꝰ defe rētes ipꝫ i anulo a morbo caduco liberat. Et pp hāccāz docentur reges q̄ suspendunt smaragdū in collo puerorū eoꝝ statim quando nascuntur ne superueniat eis morbus caducus. Deinde ad actionem curatiuam morbi lunatici a tota spē obiectio occurrit acceptio compositorum sicut tyriace ꝛ similium mox cum obiicatur contra hoc. A quo enim res hꝫ esse habet ꝛ operari. Forte aūt licite vtrunq; diuersis aspectibus sustentetur. sane triplex motus reperitur in rebꝰ scz ex parte compositionis sicut ex mixtum cū stagno facit metallum sonoꝝ. Et ex parte complexionis sicut calidū hꝫ calefacere ꝛ frigidum infrigidare. Et ex parte celi q̄ est virtute cōponentium. Que non ratione sed experimento nosci. Quantum vero ad duos primos fit materia imposita habere virtutem ꝛ ex parte simplicis. Quo ad tertiū cōuerti nō refert si dicatur q̄ medicina cōposita est artificialis virtus aūt naturalis fateor q̄ cōtūctio illaꝝ rex a diuinum ex artificio est sed mixtio earum scōm q̄ vnū quid de contunctione efficitur a celi virtute regulatur ꝛ perficitur.

¶ De rebus quarum vsus licitus est in curatione epilepsie vel priuatur illico. Cap. xxv.

Hec aūt sunt de genere aialiū terrenascentium mineraliū ꝛ lapidū dūtaxat absq; omni caractere ꝛ superstitionibꝰ applicenk vt nullū eoꝝ colligak cū simbolo diuino vel oratione dominica ꝛ similibus. Nec tamē his similibus tangantur ꝛ suspendantur ad collū vel ad aliud mēbū patientis vel quocunq; alio modo ponentur. Res enīz conuenientes curationi de generibꝰ his sunt materia caliduarum vel causarū salubrium corporis humani operantiuz in his in idipsum a sua substātia materiali ꝛ a sua quantitate ꝛ a sua specie tota. Amplius nobiliora et perfectiora ꝛ ꝑ stātiora sunt sacramenta ecclesie ꝛ suffumigia eius omnia que de genere bonorum omnia sacra vera sacra ab oī carmine ꝛ superstitionibus suspectis vel circūscriptis. Repellantur igitur ignominiosi incantatores cōiuratores ꝛ negūspirituum inuocatores diuinatores ꝛ augurii in ministerio medicinali humani corporis domestici ꝛ ministri tam facti dyaboli de deo diffidentes. Et summū medicam. Jesum christum regnantem in celis occidentes. Nempe secūdū augustinum melius est ignorare q̄ a demonibus discere et melius est phisicis discere q̄ a diuino querere diuinationē q̄ per holes demonibus reuerentia fiat. Sed gentilium ritus diuinum credit esse per qualēcunq; spiritum profertur. Nos tū ab his discere nihil debemus ne efficiamur ipsorū: iubet sacra pagina: vñ dedignans testimonium a demonibus accipere ait manifeste et ex ab eo. Qui ergo diuersis artibus et demoniorū inuocationibus querūt futura discere cupiūt quod nō expedit ad destruēdū autē penitus diu inanitio ꝛ nem et augmētationem et hoc addemus quoniam omnes ish animi animaliū ministerio vtuntur que in lege scribantur et semper homini insidiantur. Ex quo ministerio demonū opportuna et digna iudicantur. Nam draconcs et serpentes plutonibus ministrare perhibentur auguribus ꝛ in his quoniz credentibus auspicia capita lupi fere. Omnia autē vulpes ꝛ anticipi tres aut cornix aut aquile aut huiusmodi q̄ moyses hic credo de causis immūda appellauit. Et ,pin de dicit augustinus de doctrina occulta cauendam ꝛ fugiēdam omnem doctrinam que ecclesie canonis non consuevit nec consentit. Nam solum non suscipimus: sed etiamve luti alienum a fide et veritate damnamus.

¶ De curatione paralisis. Cap. xxvi.

Q Uorum quippe paralisis permutationem membrorū spōtaneam sanatur morbus lunaticus et simili permutatione soluatur vt plurimuz sunt palpebre oculorū os: lingua: brachia: manus, ꝛ pedes quatuor: sanationis doctrina ex cā paralisis vniuersali cōgrue medulādo captatur nihilominus captatur que generak adeo accepi munere experiētia industria ꝛ doctrina ad curationē huius sinthomatis vtilia tam fideliter q̄ vniuersaliter explicabo singulis membris patiētis cōgrue coaptabo. Et inchoāo paralisi palpebraz a curatiōe eius inq̄ q̄ ordine nāli curationis obseruato qui est post digestionē cōpletā materie nocie congruit tandē purgare reliq̄ rū debito regimine consequente pluries apponak filtrū hoc aceto infusum super ciliū ꝛ palpebrā paraliticam. Ꝛ. mēta stri orti i loco arido. Ꝛ. iij. bulliāt in pinta vna aceti fortis vsq; ad cōsumptionē tertie partis in hoc efis inuenit remedū salutare. Cui si expedit associek inunctio vnguēti supra scripti a me experti ab olim. in paralisi ꝫo oris si ꝑ signade tegik foie ex sanguinis repletione per antipasim flobothomatur egrotans vt ptes illius vene et forte arterie inanite trahēt violēter materiā nociā a pte lāgueūte ne vacuū fiat. Post hoc ꝫo debito spacio ꝑmisso aliqbus diebꝰ cōtinuis dū accūbit infirmis porrigank ei. ʒ. ij. potionis sancti pauli cū vino decoctiōis salutis floꝝ sticad. ꝛ casto. solutiū ei ꝛ cō sumit et dissolutionē ꝓhibet. Mane aūt porrigak syrupus de sticados ꝛ syrupꝰ cicorieꝝ ꝑm ꝓportionē ꝛgruā relicte materie. deinde purgek cū pilulis de mercuri. et auri. simul mixtis Post si expedit fiat caput purgiū in sero cū pilulis dyacasto reos ore apto sup piunas ignitas. Amplius si expedit post hec ola de oppopiris in sero cuz vino predicto. et deinde si stupor relinquak in facie et inūgak pars tota cūvnguēto aureo et potiōe sancti pauli. añ. vel cū vnguento infra scripto mihi erpto ab olim contingit q̄ lacertus nimis per se vel p colicā patiak mēbra q̄ per eū mouētur tūc ad lacertos sibi oppositos detrahenk. Si ꝫo lachrime iuolūtarie emanauerint ab oculo patiente porrigank i sero ʒ. ij. auree alexādrine vel esdre cū vino tā dicto. Cūq; p signa cognoueris q̄ paralisis oris fuerit causa aliqs de genere hūoꝝ hꝫ vt plurimū a flegmate fiat tā cōgruitate digestiōis q̄ purgationis curetur ꝑm modū prescriptū. Paralisis ꝫo lingue vt plurimū ex humore flegmatico a cerebro expulso fit cuius forte curationis congruitas, in flōmia duarum venarū sub lingua cōsistit eo q̄ humiditas infusa in neruis linguc et radice eius trahit a vena ne vacuū fiat. Deinde fiat collutio oris ꝛ lingue plurib⁹ vicib⁹ in aceto cū quo coquatur piretrum. ʒʒ. ros. añ. cū quo fiat similiter gargarismus deide fricetur cuz potiōe sancti pauli de qua silr porrigāt lāgueti dū accūbit ʒ. ij. cū vino predicto et nil minus cū mane porrigatur de sticados. ʒ. j. et. ℔. ormellis squillitici. ʒ. ij. cōmisceāt simul postea purgek cū hac medicina nihil expta. Ꝛ. yeralo. ʒ. vj. potiōis sancti pauli. ʒ. ij. salis cōis. ʒ. j. et. ℔. succi viticaz pūgētiū ortaz in loco arido. ℥. ij. cōmisceank simul et diligenter cū mulsa q̄tū sufficit et ꝓpinek i sero postea ꝫo porrigak in sero oppopire. ʒ. ij. cū vino p̄dicto. Paralisis ꝫo reliquoꝝ mēbroꝝ pedū et manuū silr cū oportūa digestione et ꝛgrua purgatione curetur sicut cum syrupo de sticados oximelle

squillitico

squillitico ⁊ similib⁹. Et purgetur cū hiis pilulis. ℞. opponacis hermodactilo⁹ serapini bdellij aro. colloqnti. añ. ʒ.v. cē. casto. myrrhe. ʒʒ. piperis macropiperis cassielig. mirabolano⁹ citrino⁹ indo⁹ bellirico⁹ ⁊ emblico⁹. añ. ʒ.j. scamonee. ʒ.ij. turbith. ʒ.iiij. aloes. ʒ.vij. infundant gummi in succo caulium ⁊ fiant cum eis pilule dosis autem. a. ʒ.j. vsq; ad auf. j. Post hec aūt potigatur in sero de potione sancti pauli cū vino predicto deinde oppopire vel esdre. ʒ.ij. Post purgationē ꝯ iteratā vtatur potione hac. ℞. macis nucis muscate gariof. galāge spice aromatice. añ. ʒ.ß. lignialoes ʒ.ij. zuccari lib. ij. fiat puluis subtilis ⁊ vtak patiēs quocūq; mō poterit. Et silr vtatur patiens hoc electuario. ℞. ganosi. macis spice aromatice lignialoes. añ. ʒ.ß. reubarbari. ʒ.j. ⁊ ß. cardamomi blacce bizantie. añ. ʒ.ß. ossis de corde cerui. ʒ.ij. croci. ʒ.iij. cubeb. ʒ.j. musci ambre. añ. dim. ij. mellis ꝯtum sufficiat fiat electuarium deinde inungatur nucha ⁊ mēbra mollificata cum hoc vnguento experto. ℞. ruthe. sil nestris sanguci. añ. M. j. exprimantur ⁊ extrahak succus baccarū lauri. ʒ.ij. buttri. ʒ.ij. dy altee. ʒ.ij. agrippe casto. añ. ij. ß. pinguedinis castoris. ʒ.ij. omnia simul bulliant exceptis siccis que parū bullant retro quousq; spumā faciant ⁊ cuz cocleari mundata reponatur vnguentum in vase ⁊ vsui reseruet. Aliud expertum cōferēs ad morbum lunaticum paliticum ⁊ spasmatum. ℞. bdellij. ʒ.ij. euforbij. ʒ.j. ⁊ ß. serapini. ʒ.ij. cere. ʒ.iij. ⁊ ß. olei sanguci vel olei de keri. ʒ.v. bdellij aūt ⁊ serapinum dissoluantur in succo ruthe agrestis vel in aqua eius ⁊ extra liniantur cum aqua frigida bullīāt in uicē ⁊ fiat vnguentū deinde cū hmōi morbus melie soluak restat meliam purgare ſm doctrinam veterum medicorum peritia ⁊ industria medicantis.

¶ De doctrina conseruatiua sanitatis illius qui passus est illum morbum epilepticum.

SCribam ergo primo de alimenti materia cōtrarij ⁊ sunt oēs cibi ipsi nutrimēti vt case⁹ maxime q; hūidus ⁊ carnes grosse marie aūt paludestrū vt sunt anseres anates ⁊ hmōi aialiū magni corporis vt sunt cameli boues vacce hyrci ⁊ cerui. Et que de siluestris ingrossant et oēs pisces ⁊ maxime duri grossi ⁊ viscosi: cab⁹ de pasta panis q; mutis viscosus ⁊ crudus risum tri. panicum de simila sorbitiones de farina lagana ova assa. Et frixa salsa ova dura carnes salite cauleo ⁊ lentes ⁊ his similes vinum nouū ⁊ nimis antiquū aqua turbida nuces auellane persica crisomilla maciana poma pira citri fructus acetosi et difficilis digōnis castanee grossi fungi ⁊ interiora aialiū ⁊ intestina cerebella aialiuz ad extremitates vina nigra. Aq; frigida nimis vel nimis ⁊ fructus immaturi ⁊ aquosi. Et immoderata comestio ⁊ immoderata potatio vini puri ⁊ maxime in ieiunio. Omnisq; assumptio cibi ⁊ potus vini sup indigestionē cibi balneum ⁊ immoderatū exercitiū. Amplius sunt cōtraria melancolicū sanguinē generantia ⁊ humorem grossum et viscosum et durū vaporeq; malo caput replentia vt cepe potri potio maxime in ieiunio⁹ omnia calida ⁊ acuta ⁊ nauseatua vel multa pinguedo in cibo ⁊ silia. Et breuiter ola que digestionē stomachi impediunt vel corrumpūt vt equitatio immediate post cibum ⁊ dormitio immoderata applicatio sex rerum nō naturalium reliquarū ⁊ maxime continentes nos aeris alterantis nos interius et exterius quem velimus nolimus attrahimus. Fugiat ergo oēm aerem epidimicū ⁊ corruptum. Ita q; nō transeat p loca paludosa ⁊ corruptarū aquarū maxime in estate: Nec p loca vbi sunt cadauera mortuo⁹ aliqua: fugiat aerem calidum ⁊ humidum et ventum meridionalem ⁊ immoderate calidum ⁊ frigidum ⁊ oēs vētos procellosos maxime septētrionales. Sufficiat hec breuis connūeratio perito medico vt addak et ad reliqua sapientia. Posteq; mor adiuuantia aduertēdū est nil minus de contrarijs assimilando aliquando ordine autem naturali vsu. vj. rerū non naturalium abere incipiēdo eligatur aer sic inter frigidū ⁊ humidū tēperatū ad siccitem declinās. Cūq; castus fuerit imoderate ⁊ marie in cantaribꝰ cū aspliōe herbaz fridaz sicut murthi ⁊ ramis ⁊ foliis arengio⁹ ⁊ palmitibus ⁊ foliis vitis rosarum floribus nenupharis ⁊c. Camera inde teneatur aromatica vt cum euaporatione aque rosarum ⁊ similibus. Econtra vero frigidus aer cum carbonibus accensis alteretur ⁊ aromaticorum vapoꝛibꝰ sicut lignialoes storacis calamite aroma. olibani et siliquis. Et cū aspersione herbaz calidarū sicut calamenti pulegij origani maiorane foliis lauri ⁊ similiū. deide autem altum aerem fugiat. Motꝰ aūt ⁊ quies sunt de his que conseruant sanitatē. Motus enim temperatus mēbra cōfortat caloꝛē naturale sopitū ⁊ carnosum excitat virtutes corporis corroborat superfluitates ad cōuenientes regiones descendere facit et reliquas consumendas cōsumit. Utak ḡ motu temperato ⁊ delectabili ita vt inde mēbra nō grauentur. Cūq; grauarī ceperit mox quiescat. hoc autez fiat ante cibum: post cibum ante quiescat omnino nisi a debili motu et maxime donec cibum a stomacho nouerit descendisse qō cognoscatur leuitate membroz et subtilitate salue nec si p̄uocando eructationem nullus in ea sapoꝛ sentiatur assumptorum. Equitet equos suauiter ambulātes vitet magnos repentinosq; descensus. Quies vero immoderata vitek corpus ꝯ humectat et impinguat fiat ergo ante cibū motus temperatus post cibū ꝯ quies. Nam sicut motꝰ ante cibū generat sanitatem ita cōfestim post cibum generat egritudinem. Caput vero frequētius pectinare post depositionē feculentie naturalis multum iuuat quia facit euacuare fumositates que caput ascenderunt. Sōnus autem et vigilia mensuretur. Somnus tamē salubris sic discernit qui vt moris est nature humane noctē non effugit et diē non impedit qui immediate post cibum nō fit. Super stramenta odorifera et mollia fiat. is em ꝯ tutes naturales efficit ad suas operationes peragendas fortiores animalem em corroborat inducendo quietem. Et hoc cibi melioꝛ celebratur digestio et debite fatigationi et resolutioni anime accidentibusq; succurrit. Corpus em calefacit et humectat si ipm inuenerit in humoꝛ ꝯtitate et qualitate equale ac melioꝛ quoq; somnꝰ est post cibi a ventre feculentū descensum cūq; accubuerit capite eleuato super latus dextruz primo dormiat vt p ipm cibus descendens ad stomachi fundū melꝰ digeratur calditate naturali sine carnis inanite opilata ab influēte calditate epatis naturali qui substituitur stōacho sicut ignis lebeti deinde voluat se sup latus sinistrū vt stomachus amplerus ab epate melius digeratur: et cū fuerit iam completuz ad latus dextrū voluat se iterum studiose vt quod resideat feculentū habilꝰ ad intestina descēdat. Sane vertere de latere ad latꝰ frequēter digestionis p̄me impedimētū manifestū plurūq; egritudinū causa. Vigilie autem ſm cōsuetudinē et tēpus et naturam moderate corpus corroborant: virtutes animales excitant corpꝰ calefaciūt. et breuiter somni imoderati remouēt nocumenta. Ex contrarijs vero haz qualitatibus somni et vigiliarum contrarij effectus corpori aduenient attamen potioꝛ pars sanitatis in cibo potuq; consistit merito horū tractatū est locupletius prolōgandū. Eligantur ergo cibi bonos generātes chimos facile maximeq; in digestione prima indigestibiles nō ergo sit duricie substātie qualitatis perniciose nec multū in qualitate altera excedentes. sit ergo panis eius de tritico bona messe collecto bene fermentatus modicū salis habens a pistore elaboratus diutius et in clibano igne cōmensurato coctus recens et duoꝝ dierum vel trium ad plus de quo opoꝛtet nō multum comedat carnes aūt de quadrupedibus sunt carnes agni lactantis pingues que cognoscuntur p ipsarū albedinē naturalem vituli lactātes pingues que cognoscunt etiam per ipsorum albedinem naturalem animales agni et capioli siluestres. De volatilibus autem sicut carnes galli narū perdicum fasianoꝝ paruarum auium nō degētiuz in paludibus quas olno fugiat. Et similiter euitet columnices et pestē patientium. i. morbum caducum vt homines. libis autē vtatur omnibus suę consuetudinis modo salita autē frixa et acetosa nō nisi pro salsamentis siue saporibus alliciendis ad esum ciborum laudabilium non sumantur. Altis autem carnibus nō nisi ad appetitū suscitādum modice tamen vtak. Cibos autem de pasta omnino fugiat. Si autem aliquādo cōceduntur condiantur cū zuccara et pipere vel cū passulis enucleatis amigd. nucleis pineaz fisticis et similibus. Lagana autē fugiat et acrumina semp nisi cū vomitus clebiat. De piscibus aūt nō comedat ⁊ si nō conti-

peat cōedere sit raro sint tñ pisces marini post quos aq̄ dul
cia currēta squamosi petrosi carnes albitēs cum sale aut
anisso petrosil. ꝛ porris sūr p primus saliant siccꝫ p horā mor
tur vel saltem per dimidiā inter duo scissoria cum pondere
pressi vt promptius ipoz āmoueatur viscositas: suaꝫ quali
tas ad contrarium, alteretur. Si vero cum aneto petro. et
similibus aromatibus condiantur magis efficiuntur salu
bres nō eēt sunt mucillaginosi nec pingues nec durā carnē
habētes sintꝫ suauis saporis. sunt enim aquosi flegmatis
generatui sitisꝫ inductiui propter quod comeduntur non
vt solito comedūtur carnes. vinum aque mixtum potest: de
herbis autē que meliores sunt anetum coriandrum fenu. pe
trosi. borago bugiossa melissa cicorea rutha domestica tri
folij mētha pimpinella et his similes cum carnibus come
dant. Et dieb⁹ phibitis ꝛ quadragesima cū lacte amigda
larū dulcium ꝛ cū oleo earū vel cū oleo oliuarū interdum
iure cicerum nigroꝝ. De fructibus autem non comedat ni
si ad cōfortationē oris stomachi ꝛ prohibitionem ne vapo
res cibales caprinosi caput ascēdere possint. Potest tamen
sumere citonia ꝛ pira stiptica raro tamen ꝛ post cibum. Et
maxie in quadragesima et in hyeme ꝛ maxime cocta q̄ cru
da cū aromatibus vel pipere vel tragea. aliis autem fructi
bus non vtat nisi aliquando p lalsamētis. Cucurbitis au
tem et cucumeribꝰ ꝛ peponibus nō vtatur: fructus non ma
turos fugiat. eoꝝ enim humiditas indigesta est que idem
operat quod venenū in corpore de seminibus autem vtatur
carui. fe. ani. granis sisami ꝛ olei de nucleis ꝛ fisticis ꝛ ami
gdalis in fine aūt autūni ꝛ in hyeme ꝛ in principio veris po
test bis comedere in die sobrie tñ fortasse sit minꝰ comede
re in die semel in estate p̄ partiēdo cibū. ter suscipiat si ap
petit. verūtamen q̄ nō cibū suscipiat secundū donec primū
a stomacho nouerit descendisse. nihil enim est deterius ad
salutem cum vtrisq; corruptio indicatur.

¶ De horis comestionis.

Vasq̄ enim comedat nisi prius desiderū affuerit sit autem in cibo po
tuq; modestia ꝛ non comedat in eadē mensa post
cibos difficilius digōnis ꝛ duros cibos leues dige
rentur enim hi prius ꝛ supernatant ꝛ corrumpūtur qi eorū
impeditur egressus nec similiter cibus premittendus est lu
bricus cibum grossum assumendo post tpm̄ secuꝫ ad intesti
na durum trahit nondum digestum ꝛ egritudinum multa
rum cā existit vbiq; cibus ꝛ potus intrat absq; moderami
ne qualitatis ꝛ q̄titatis tempoꝝ facit vel communatur egri
tudinem. Sic̄o sic sumak aliquādo succurratur debito regi
mine. Non est tamē negligendum q̄ nutriēs melius est q̄
melius sapit nisi prauē substātie fuerit. Sapido eēt nutri
mēto stomachus ꝛ virtus retētiua auidꝰ applicank ꝛ si pa
rum nō sapido deterius exiterit fugiat frequētare res dul
ces q̄ añq̄ digerank sua dulcedine trahunk a mēbris opila
tionē inducētes. Et q̄bꝰ egritudines varie gñank. Amplꝰ
oēs cibi q̄ de sui natura sunt indifferētes ad caliditatē ꝛ fri
giditatē in hyeme actualiter calidi ꝓpinētur in estate vero
frigidi. Edi eēt de sua natura meliores sunt frigidi q̄ calidi
maxime in estate. in hyeme ꝑo añq̄ comedantur fumi q̄ ab
eis resoluūtur finātur. Ova aūt gallinaꝝ p̄dicū tasianoꝝ
recentia comedantur forbilia vel tremulla de quibus soluꝫ
vitellum sumak cocta aqua vel igne frixa olino fugiat. Pre
terea p̄ olbus attēdak q̄ cibus in debita qualitate discreta
cōueniēti ꝛ tpe ꝓpinet sic enim sanitatem conseruat vitā
plongando in melius alo aūt sanitatem corrumpit ꝛ vitaꝫ
hois abbreuiat inducens egritudines varias. Cōueniens
vinū odoriferum subtile clarum stipticitatis parū habens
mediū inter nouū ꝛ antiquū aqua multa mixtum bibat. Et
si ponak in vino radix calendule est melꝰ ꝛ forte non est inu
tile vt linat vas in quo ponitur vinū artificialius tamē fit
dum in torculari ponitur ꝛ cōficiatur cum melle ꝛ puluere
cinamomi electi ꝛ radicis calēdule. Dulce vinū ꝑo ꝛ gros
sum malū est ꝛ sūr vinū de dactil ꝛ silia neq; potest vinū nisi
pꝰ bonā q̄titatē cibi sumpserit neq; bibat vinū in fine. Si
aūt añ cibū sumpserit vinū natat ꝛ sua lubricitate trahit ci
bū a stōacho añq̄ digerak. Si vero post natās in ore stoma
chi pctionē ꝛ schorhomiā gñat ꝛ pinde sp̄ post cibū vinū
copiosum hanstū aq̄ fride dek si friditas oris stomachi non
prohibet. ydromellis vero elegātior est potus lunaticis q̄
vinum licet antiqui assimilauerint vinū tyriace magne eius
natura sperate sumptum quia comperierūt duarum cōtra
rietatum esse iuuatiuum similiter reperierunt esse proficuū.
Calefacit enim corpora frigida: ꝛ infrigidat calida: hūectat
sicca: ꝛ siccat humida ꝛ eius calefactio. et desiccatio est na
turalis infrigidatio et humectatio accidentalis. Cūq; mo
derate bibitur inducit vigilias: et calefactiones epatis ap
petitum digestionem ꝛ nutrimētū minuit litargiā subeth ꝛ
tremorem cordis paralisim oris maxime morbū lunaticum
debilitatem neruoꝝ. et visus inducit se. efficit malū intelle
ctum malumq; oris fetorem causat. cerebrum replet: et calo
rem suffocat multaq; alia incōmoda cōminak. Nequaq̄ au
tem vinum bibat ieiunus aut post exercitū. Si aūt in ne
cessitate bibat et mordicationem induxerit fugat granata
acria cū aqua frigida. Post q̄ō et de aquis bibendis pertra
ctandum. et recurras ad primā determinationez. Restat vi
dere de gñe syrupoꝝ sm̄ industriā ꝛ peritiam medici in esta
te syrupo cicoree: ꝛ syrupo bugiosse aut similibus. Utatur ꝛ
dyarodon abbatis vtatur etiam et similibus in autumno.
vtatur dyabugiossa ꝛ in principio veris. in hyeme vtatur dyā
bra electuario de cynamomo dyamusco. 33. condito et bona
tragra. Accidentia anime horribilia et timorē et tristitiā: et
iracundiam inducentia videtur. Que ꝑo delectāt et delitiā
parant q̄tum ad visum coloris debilitas q̄tum ad obiecta
que magis in aspiciendo delectāt. Quātum ad auditum so
noꝝ armonia vt sunt organa voces et melodie amene fabu
lationes: recitationes delectabilū et lectiōes cōplacētū: et
breuiter oīa que auditū demulcent. Quātū ad gustū ꝓparē
tur delectabiles saporꝝ ex cōgruis inuātibus. Horribilitas
ꝓuitetur omnino. q̄tū ad odorem parētur amēi odores:
vt poma ambre et similia. q̄tū ad tactū res. in quibus mart
me delectatur in tangēdo et omnia parātur in quib⁹ licite ꝛ
congrue delectatur ꝛ circa que versak ymaginatio sua stu
diosa. Ceteꝝ quia conseruatio sanitatis in cōseruatiōe ser
rū nō naturalū quibus impossibile est humanum corpus
non apportmari consistit circa vsum predictaruꝫ indebita
qualitate tēpore ꝛ ordine tua magna ꝛ sedula versēt intēs
tio. Deinde q: de tyriaca facta est mentio quātvtilis est a to
ta specie contra morbū caducum cum numerātur iuuamē
ta eiꝰ cui⁹ multitudo experiētia ab antiquis acq̄sita. Sane
tyriaca sufficiens aut efficax remedium contra venenum et
nocumēta hominū ꝛ ꝓprie que sunt in venenis ex pūctura
serpentum scorpionū et canis rabidi ꝛ venenis ebibitis in
terficientibus ad egritudines flegmaticas et melācolicas ꝛ
fe. earū ꝛ ventositates malignas ꝛ ad paralisim ꝛ epilepsiā
et tortura et ad eum qui secū loquitur et maniā et lepram ꝛ
propter albaras et confortat cor et acuit sensus et appetitū
confortat stomachū et alleuiat anhelituꝫ ꝛ delet pulsus cor
dis ꝛ retinet sputum. cōfert ad flegmaticos dolores renū et
vesice et qua causa soluit et frāgit lapidem in vesica et con
fert ad vlcera intestinoꝝ et durities interiꝰ in epate et in
splene et in alijs ab eis vsq; ad periodicos ambarum dolo
rum et non efficit opatiōes has nisi propter vim nature eiꝰ
et a celo acquisita et consequētē complexionē eius resultā
tē ex cōmixtione simplicium ita vt confortet spiritum caliduꝫ
innatum quare iuuatur per illud super cōtrarietatem facie
tia et frigida ꝛ calida vt vincit earum virtutes. Amplꝰ qui
tyriaca in sua sanitate vtitur preseruatur a nocumentis pe
stilētie ꝛ venenis et reminiscere facit oēs virtutes corporis
reparat ita vt videatur restauratiua tota fabrica cordis de
nuo restaurata. Et proinde suadeo quēpiā tyriaca vti p to
tā vitā suā vel minꝰ fideliter obsecrās vt iugiter i mane trā
glutiat de optima tyriaca ad q̄titatē ciceris in potu suo vt
lōgeuus ꝛ fideliter viuat. ¶ De epilepsia adhuc.

Tha cura epilepsie ponak dieta. Uitet pa
nem azimū ꝛ recentem ꝛ offas ni
mis molles crustas nimis coctas. Uitet carnes
bouinas maxime porcinas et agninas iuuenes
anseres. et anates: vitellos: lepores: cervos: pin
guia: et vncuosa. sumat pullos et perdices edulos: muto
nes iuuenes: ꝛ quādoq; de vitulo pisces quos recipit sint
carnosi et squamosi ꝛ marie assati ꝛ cū bona salsa ex pipere
ꝛ zinzibere vitet cepas allia crucā sinap̄. porros frixa vitet

legumina

legumina sed non eo: brodia vitet caseum et lac vitet nuces ⁊ amigdalas auellanas spinarchias ⁊ attriplices rosa cruda vt lactucā et portulacā ⁊ vitet ouorum albumina et vitella nimis cocta sumat vitella aliqñ mollia ⁊ maxime p̄parata vitet crapulā et maxime nocturnaz vitet coitū exercitiū somnum immediate post cibum exercitetur anteq̄z comedat ⁊ bibat vinū sit subtile mediocriter limphatuz vitet potū aque. Nō potet ieiunus removeat de assatura qō erruus est combustum vitet caules et rapas per se nisi vbi fuerint borago petrocil. vitet ira cogitationē somnos magnos vt tubarum tympanorum ⁊ tonitruo: ⁊ aspectum rote mouentiū vitet odorē hirco: super omnia vitet odorem apij. Et super omnia teneat ventrē laxū nō comedat multū simil nec comedat nec bibat in hora paroxismi. Caueat a frigore superfluo ⁊ calore et a mari. Ponet quādoq̄z in balneo modicum ruthe ⁊ in cibis similiter vitet fructus recentes preter pira ⁊ coctana post cibum cum sint cocta' vitet balnea ventosa ⁊ supfluā vigiliā. Teneat caput alte. fiat frequens ⁊ fortis pedum ⁊ tibiarum fricatio ⁊ maxime in hora paroxismi. Syrupus digerens materiā calamenti abrotani sanfuci origani vtriusq̄z sticados capillo: veneris enditule polipodij fumiterre borraginis melisse. ana. M̄. j. anisi ameos anetti epithimi sene electi ysopi radicis enule campane peonie. añ. ℥. j. visci q̄rcini aristo. rotūde spume marin. añ. ℥. j. ruthe. ℥. ij. hermodactilo:. ℥. j. mellis lib. ℔. zuccari q̄ntum sufficit ꝑ duabus li. sirupi de q̄ sirupo accipiat tria cocleartavel tiij. cuz. xij. cochlearib⁹ decoctionis colophonie mixti in summo mane ⁊ in nocte cū intrabit lectū nec cenabit nisi paruz ⁊ cito cutus sirupi medietate sumpta accipiat istud laratiuum. ℞. yerapigre. ℥. ℔. reubarbari agarici. ana. ℥. j. euforbij esule pulpe colloq̄ntide. añ. ℈. ℔. misceatur. Qua sumpta regat regimē farmacati. Post q̄escat ꝑ septē dies vel lōgius vel min⁹ ⁊ reciptat sirupū sicut prius q̄ sumpto purget iterū eadē medicina sicut prima si necesse videatur addendo vel diminuēdo itē ipso post purgationē balneato detur sibi in exitu balnei. ℥. ℔. tyriace distemperate cum brodio carnium vel metridati per tres vices et si non timeas de nimia infrigidatione cerebri flobothometur de sophena et quandoq̄z de vena sub lingua vel de cephalica. Et si post paroxismuz vomitū posset ꝓuocare bonuz esset et vtile maxime sit sit repletio stomachi ex cibo vel humore. Item cōferūt sibi clisteria vbi sit cētaurea pulpa colloq̄ntide ciclamē siseleos sanfucus ⁊ agaricus. Et quādoq̄z confert caput purgiū factum ex cucumere asinino ⁊ agarico yreos nitro nigella ⁊ staphisagria cū semine ruthe. Itē vtat isto electuario oi hora qua voluerit. ℞. dyacitonitem piris. añ. q̄rtis. j. succi ro. ℥. ℨ. dyatrosate nouell. añ. q̄rtio. ℔. carniū citonio: in zuccaro conseruatoz dyalign al. dya. dyamargaritō. añ. ℥. j. cubebarū macis. añ. ℥. ℔. semis ruthe. ℥. v. visci q̄rcini. ℨ. ij. se. peonie romane croci. añ. ℨ. ℔. oibus tritis fortiter nutriantur de quo possunt accipere ter vel quater in die ad q̄ntitatē vnius castanee siue nucis ⁊ ieiunus sine potu si voluerit cum potu tamen pauco. Item potest vti illo puluere i suis cibis vel i suis salsis. ℞. cinamo. electi cassielig. piperis. ana. ℥. j. semi nis peonie romane. ℥. j. visci q̄rcini. ℨ. ij. siseleos. ℥. j. croci. ℨ j. ℥. anisi. añ. ℥. ij. fiat pul. subtilissimus de quo accipiat ad q̄ntitatem vnius dimidij cochlearis frequēter ⁊ cōtinue odoret ruthā ⁊ in sinu deferat semper. Et nota experimentuz certū ⁊ probatū multotiens ad cognoscendum vtrum epilepsia sit curabilis vel non. Et si sit curabilis curatur cū istis Primo fiant ille pillule. ℞. siseleos aristo. longe castorei salis nitri. añ. ℥. iiij. raz. peonie troticoruz squillitico:uz. añ. ℥. vj. yerapigre sticados epithimi. añ. ℥. x. polipodij. ℥. ℔. agarici. ℥. xij. interioris colloquintide. ℥. xj. turbith electi. ℥. xv. mirabolano: indoruz bellirico: emblico:. añ. ℥. iij. lapidis lazuli abluti. ℥. xiij. mirabolanoz citrinorum m elebori nigri camedreos camepitheos. añ. ℥. 8. teranf ⁊ cribellentur ⁊ in secantabi squillitico temperētur ⁊ fiant pillule. Prius tamen digerat materia cum aliquo sirupo: electo a practicis posito deinde exhibeant patienti iij. pillule de ꝓdictis ⁊ si satis subito cadat post receptionē pillule curabilis est si vero non cadat incurabilis est. Et caue ne corpus sit repletum quia patiens cito suffocaret. Uel si purgetur primo cuz flobothomia. vel farmacia aliqua secundum q̄ materia est peccans ⁊ tunc exhibeantur predicte pillule ⁊ regatur regimine bono et curabitur sine dubio omne enim hoc in pluribus experimentatum infallibiliter est.

De regimine infantium preseruatiuo ab epilepsia.

REgimē preseruatiuum infantium de epilepsia debet mater q̄diu p̄gnās est et nutrix q̄diu lactat vitare superfluum potum ⁊ omnes fructus exceptis ficubus et vuis passis et nucibus amigdalis: et auellanis assis et piscibus non scamosis ⁊ ceteris elixis si fuerint recentes ⁊ porcello lactāte ⁊ anate attriplice. ⁊ apio. Itē vtat vtraq̄z scz mater q̄diu p̄gnās est et nutrix subscripta ꝓfectione. R. corticis interioris cynamo. dulcis. ℥. j. salis nitri. ℥. ℔. nucis muscate cardamomi coriādri p̄parati. añ. ℥. ij. rosarū rubearum. ℥. j. cubebe. ℥. ℔. sanfuci mirtillorum olibani añ. ℥. j. panis zuccari. ℥. ij. fiat tabula de qua sumat q̄tū placet in introitu lecti sed sit ad minus. ℥. ℔. sine potu in defectu ꝓ q̄ tabule sumātur ad pl⁹. xx. grana vuaz passarum mūdatarū vel ad minus. xij. cū tribus amigdal' mūdatis ⁊ assis infans aūt portet smaragdū ad collū ⁊ in tacēdo teneat caput super pulmar factum de farina panicij.

Explicit tractatus de epilepsia.

Incipit tractatus Magistri Arnaldi de villa noua de esu carnium p:o sustentatione o:dinis cartusiensis contra iacobitas.

ADuersum me loquebantur qui sedebant in porta et in me psallebant qui bibebant vinū xps dio verbis conqueritur de pharisei⁹ ⁊ legisperitis quibus datum erat sedere in porta regni dei: dupliciter scz per auctoritatem iudicandi ⁊ per quietem contemplandi. Que porta est scientia legis et mandatorum dei de qua scientia scriptum est in psalmo. Hec est porta iusticie ⁊c. Et huius scientie vel doctrine vinum bibebāt. documenta namq̄z siue precepta veteris testamenti vino comparantur eo quia pungitiua fuerunt populo veteri nā punctiones timore tē poralis pene obseruabantur. Documenta enim noui testamēti cōparantur lacti quia suauitate gratie ⁊ amoris seruātur tantūmodo. Et ideo dicitur in canticis. Meliora sunt vbera tua vino. Eisdem ergo verbis quibus conquerit spōsus eternus de illis qui gloriantur de peritia legis diuine. Conqueritur eius sponsa scilicet ordo carthusiensium de regularibus ⁊ secularibus clericis qui ad gustandum sapientie diuine dulcedinē sunt admissi quonā absq̄z freno pudoris contemnunt enim dicentes q̄ eius status sit periculos⁹ idcirco quia lāguentibus in extrema necessitate carnes nō concedantur. Et hoc arguūt q̄ persone dicti ordinis ex defectu charitatis in tali casu periculū dānationis eterne incurrunt. quāobrem cōquerendo dicit eadem sponsa in cānticis. Percusserunt me vulnerauerūt me tulerunt mihi pallium meum percusserunt molestando vulnerauerunt diffamādo tulerunt pallium meum condemnando. Nā pallū ꝓtegēs ab eterno algoribus est charitas. Hec est enim illa vestis nuptialis ꝓ qua dominus ait in euangelio q̄ exclus⁹ fuit a regia mensa q̄ enim nō habuerit. et ideo cōdemnant eternaliter qui aufferūt ipsam percusserunt ergo baculo detractionis vulnerauerūt gladio diffamationis tulerūt pallium meū vngulbus fallacis opinionis. Huiusmodi enim opinio in se falsa est et prophana quia expresse sapit hereticā prauitatem. Est enim in radice sua fantastica et mēdosa. Quod aūt sit falsa declarat ex hoc quia qō ex summa sit charitate nō adimit charitatē. Cum ergo regulariter in ordine cartusiensi carnes denegant q̄busliber regule subiectis ꝓtute generalis statuti constat q̄ non sit in odiū proximi sed solū amore domini qui amoris iam ad obseruationē constitutionis illius omnes et singulos obligauit. ridiculū ⁊ abusiuū est dicere q̄ aliquis ad obseruandū statutū ordinis esum carnium denegans se obliget ad illud nisi amore dei. Sed illa charitas est supma q̄ deū respicit ꝓ obiecto. Ergo falsū erit assentire vel asserere q̄ charitati aduersant filij ꝓdicti ordinis in denegando carnes languentibus cū illud faciāt constitutioni gnali ꝓpter deū obediendo ⁊ nunq̄z in odiū proximi. Nō aūt predicta oplo sapiat heresim ⁊ ide sit ꝓphana

p hoc declarat qm vt habet ex sacroꝝ traditiõib⁹ canonuꝫ hereticus est qui romane ecclesie aduersat et qui nouuꝫ dogma fingit in his que ptinent ad vniuersalem statum fideliũ tragꝫ vtroq; reatu inuoluntur auctor predicte opinionis tacite vel latenter. Cõstat esh q romana ecclia q de ordine supradicto tãꝫ pulcherrima t gratiosissima filia glorat et approbat statũ t tolerat statuta ipsi⁹ nõ solũ moderna sed magis antiqua quoꝝ nullũ antiquius isto q ergo statutum hoc improbat cõsequẽter aduersat vel approbationi ecclie romane vel tolerantie ipsius ꝙpropter est aduersari⁹ illius fingit quoq; tacite nouũ dogma qꝫ supponit q lãguidi nequeũt interdũ a mortis piculo sine esu carniũ liberari. Et p cõsequẽs docet esse necessariũ vti carnib⁹ ad vite lõgitudinẽ cõsequẽdã. Ano aũt hui⁹ cõsequẽtie est radix totius opinionis t cõtrouersie. Quã radicẽ ostẽdũt esse fantasticaꝫ t mẽdosam cõsiderationẽ medicinales q solidissimis innitũtur rationibus. Inquiũt enim peritissimi medicoꝝ q mortis piculũ nõ timek in languido nisi virtutis vitalis defectus emineat illa nãq deficiẽte necesse est vt vita deficiat. Ḣ aũt vt aiunt eleganter neqt in egris deficere nisi vel ꝓpter malitiã morbi resoluẽtis cã vel ꝓpter defectũ alimẽti cõseruãtis t restaurãtis p̃ditionẽ ipsi⁹. Et in vtroq; casu languens euadit mortis piculũ p abscisionẽ cause pternẽtis virtutẽ p̃dictã in primo p medicationẽ ꝙgrue dissipãtẽ egritudinis acerbitatẽ. in scõo vero p exhibitionẽ alimẽti celeriter confortãtis t restaurantis virtutẽ p̃dictã. Nec est tutũ in ꝓposito remedia pmutare. Nã vt princeps clarissim⁹ medicoꝝ. s. ypo. ait in egritudinũ regimẽto. Si deficiẽtib⁹ p̃furia morbi cib⁹ exhibeak suffocatiõis vel alterius verationis gratia mine supaddito vitã cogunk finire celeri⁹ deficiẽtibus aute ꝓpter penuriã alimẽti. Si denegek cib⁹ t medicationi subdãtur erotiãt velociꝰ tabefacti. Et q̃b⁹ ꝑz q cũ carneo ad edẽdũ nõ ꝓpinẽk nisi p alimẽto. Cõstat ergo q carneo ad deliberãdũ egrũ q timek deficere pte morbi malignitate nõ pderũt ſz nocebũt: deficiẽti ꝙpter alimenti penuriam si carnes exhibeak pculdubio cõfortabũt virtutẽ p̃dictam ſz tñ ad eã tũc cõfortãdã t reparãdã nõ est necessariũ vt cib⁹ carniũ magis exhibeatur q̃s alteri⁹ alimẽti q̃ ꝑz ex eo q̃ dictũ est. s. q deficiẽti ꝓpter hãc causam debek alimẽtũ velocissime t abũdanter reparans virtutẽ deficiẽtẽ. Talia enim sunt vinũ t vitella ouoꝝ sorbilia vt testank medici sic probãtes q nihil ita abũdãter t velocissime põt ꝙfundere reparare in corde t p̃sequẽs in arteriis cũctoꝝ mẽbroꝝ. Nisi potẽs fuerit velocissime generare spũs copiosos in membris predictis tale ꝙ alimentũ est q̃ in laudabilẽ et multum sanguinẽ velocissima digõne cõuertk quale est illud q̃ ḣs q̃litates cõformes nãliter sanguinei t in sua substãtia paucissimas gerit feces immo hꝫ substãtiã adeo purãq; q̃si tota mutak in sanguinẽ. Pre cunctis vero nutriẽtib⁹ habẽt in his prerogatiuã hec duo videlz mediocre vinũ marie aromaticum Et vitella ouoꝝ. Ceteris ꝙ aliq̃ p̃dictaꝝ cõditionũ deest. Nã si gñatiua multi sanguinis fuerit aut nõ ita cito in sanguinẽ ꝙuertenk vel nõ ita purũ aut ecõuerso q si adeo celeriter in sanguinẽ cõuertãtur vt ista nõ tãtus erit vel nõ tam pur⁹. Prodia q̃dẽ carniũ t eaꝝ sacci vel latẽter vel apparẽter abũdãt in vnctuositate superfluꝰ q̃ est pot⁹ pabulũ caloris extranei pot⁹ materia sanguis puri et spirituũ laudabiliũ. Et his ergo est manifestũ q languẽtes q̃b⁹ defectus virtutis vitalis causak ab alimẽti penuria mortis periculũ ingerit citi⁹ ac securius eis succurritur p exhibitionẽ ouoꝝ t vini q̃s carniũ vñ ꝑz q nõ est necessariũ carnes administrare lãguẽtib⁹ ad euitãdũ. s. mortis piculũ ꝓpter oppositũ asserẽs ꝙphanã inuenit nouitatẽ aut ex malitia sicut iudei q̃ studiose ꝙfugnãt ꝙritatẽ manifestã ꝓpter odiũ xpi. Sibi t qui perfectioni cartu sensuum inuident non erubescunt ad uersus eos calumnias falsitatis adinuenire aut ex concupiscentia vel animi languore seu passione. nam passionati vt ait philosophus male iudicant de veritate virtutuꝫ moraliũ sicut incõtinẽs t gulosus de medio in quo temperantia consistit qm̃ ibi q̃q; dicunt tẽperamẽtum esse vsum veneris t escaꝝ vbi pculdubio est superfluus. Sic et amatores carniũ pre concupiscentia ipsaꝝ languẽte alio t obnebulato recte iudicare nequeũt de ipsarũ effectu in sanabili cor pore quibus euenit sicut medico intemperato et stolido q̃ de seipso facit indifferenter regulã aliorum. Et ideo que sibi prodesse nouerit aut placuerit ceteris nedũ sanis verũẽt egris testat esse salubria t ad vtẽdũ eis hortak tãq; necessaria vel ad regimẽ sanitatis vel morbi curationem ita t hic ad euasionẽ piculi carniũ esum necessariũ eẽ lãguẽtib⁹ asserũt. Sicut et assueti bibere tñ aquã purã t frigidã ꝙstãter affirmãt egros absq; potu ipsi⁹ liberari nõ posse. Tertio vero cõtingit aliq̃b⁹ illũ asserere p̃ ignorãtia t marie physicaliuꝫ cõsiderationũ quaꝝ est determinare nãm t rõnẽ atq; diuersitatẽ eoꝝ q̃ possunt vitã corpalẽ sustẽtare siue ꝓtrahere vel piculũ ei⁹ recta ꝓtractatate ducta ad suã causam abscinde resicut ptz ex distinctiõe cãꝝ introducẽtiũ defectũ virtutis vitalis supra memorate t ẽt ex distinctione virtutũ quã medicus tradidit dicẽs q eaꝝ q̃dã est p quã ãhelit⁹ exercetur et pulsus in toto corpore sine qua nequit in aliqua pte corpore vllus actus vite manifestari. Et ideo vocauit hanc absolute vitalẽ. alia aũt est per quã exercek cognitio q̃ pertinet aiali sicut sentire imaginari extimare t memorari ꝓpter qõ animalẽ cognitiuã noiat eã. Alia aũt est p quaꝫ motus volũtarius exercetur t ideo cõgrue vocat eã aialẽ motiuaꝫ voluntario motu considerãs igitur sapiẽs medicus p̃dictarum virtutũ diuersitatẽ rationabiliter distinguit inter ꝙfortantia dicẽs q ad cõfortationẽ virtutis vitalis t cognitiue plus valent alimenta subtilia t que in sanguinẽ purũ facile ꝙuertũtur. q; ille virtutes perficiunt specialiter operationes suas multitudine spirituum laudabiliũ q̃ generãtur ex sanguine puro t tẽperato. Ad cõfortationẽ ꝙ virtutis motiue supradicte ꝙsunt amplius cibaria grossa q̃ densum et tenacẽ seu glutinosum generãt sanguinẽ q̃m mot⁹ volũtari⁹ ꝓficit soliditate seu robore nervoꝝ et lacertoꝝ: sanguis vero dẽsus t tenax mẽbra facit robusta t valida q̃m difficulter ab eis per motum t laborẽ ḣuiditas nutrimẽtalis resoluit cũ ergo respectu vini electi. t vitelloꝝ ouoꝝ tenacẽ sanguinẽ generẽt carneo. ꝙstat ꝑm hoc respectu illoꝝ cõmodiores erunt ad imprimendũ robur membris lãguẽtibus propter alimẽti penuriã. sed ad ea vtificãda illa erũt vtiliora. Per hoc esh maxime detegitur error predictoꝝ. Nã vt ait Galienus. non est necessaria confortatio virtutis motiue egris decũbentibus q; modicũ indigent operatione ipsius quapropter nec carnib⁹ indigent necessario: ex quo apparet q̃ assertores oppositi p̃dictas medicoꝝ ignorãt distinctiones: t tõ sicut ignari virtutis nominũ q̃bus vtãtur sibi ipsis q̃ gazonizãt et ꝓprio argumẽtis fallũk. Cũ illud q̃d est necessariũ ad confortationẽ vnius virtutis dicũt esse necessarium ad confortationẽ vel reparationẽ alterius. Ex quibus patet q eoꝝ opinio fantastica deludik cogitatu cuꝫ sit eis contraria doctrina medicoꝝ quibus cõuenit specialiter in hac materia agnoscere veritatẽ Nec eis dicere potestis q̃ documẽta sacre scripture prebeãt fulcimẽtũ eoꝝ assertionis: q; nusquam legitur q carnibus esus necessarius sit lãguẽtibus cũ tamẽ hoc de vino legatur. Ait enim apostolus ad timotheũ. Modico vino vtere propter stomachum tuum t frequentes tuas infirmitates. Ait etiam ad romanos. Qui infirmus est olera manducet t non dicit carnes. De pane q̃ q; et vino q̃ confortent virtutem vitalem expresse dicit psalmista. q vinum letificat cor hominis et panis confirmat ipsum. Cor autem principium est et materia virtutis vitalis t omne letificans cor confortat virtutem vitalem. Q̃ si opera dñi attendantur quibus vt exemplis instruimur dicente apostolo. q omnia xpi actio nra est instructio reperimus non prebuisse carnes his quibus timetur virtutis vitalis defectio sed panẽ t pisces. Ait enim vt habetur Mar. ci. viij. misereor super turbam quia ecce iam triduo sustinẽt mecum nec habent quod manducẽt et si dimisero eos ieiunos in domo sua deficient in via. Cum ergo triduo ieiunassent et aliqui eoꝝ essent infirmi quia multi eum sequebantur vt a languoribus sanarentur sicut habek Luce. vj. t etiã Joh. viij. patenter instruimur ex opere domini qui errare nõ potest q̃ ad euitandũ in languidis defectum virtutis vitalis minantẽ periculũ mortis ꝓpter alimẽti penuriã nõ est necessariũ carnes admiſtrare q; alias dedisset discipulis suis dño exẽplũ erroneũ vel diminutũ t imperfectũ q̃d nephas est opinari. Legik q̃q; primo regũ. iij. q puero amalechitaꝫ q̃ nudiustertiꝰ cepat egrotaꝫ nec trib⁹ dieb⁹ vl noctib⁹ comederat vel

derat vel biberat dauid fecit offerri panem ⁊ aquam ⁊ fragmen masse caricarum ⁊ duas ligaturas vue passe qui cum comedisset vt habetur ibi reuersus est spiritus eius ⁊ refocillatus est: constat autem ꝙ reuersio spiritus ⁊ refocillatio nihil aliud sunt nisi reparatio virtutis deficiẽtis. Unde patet ꝙ in quibus deficit virtus propter penuriam cibi nõ est carnium vsus necessarius. Quis etiaꝫ audet asserere ꝙ nemo vite longitudinem consequatur sine vsu carnium cum in monasteriis carturienses octogenarij et centenarij mũdorum sensuum crebro inueniantur. Constat etiaꝫ ꝙ in prima etate mundi vixerunt homines diutius q̃ in aliq̃ aliarum in qua tamen nulli communiter vescebãtur carnibus sed terre nascentibus. ade siquidem fuit dictum comedes herbas. Noe vero et filijs eius a q̃bus inchoauit secunda etas dictum est. Omne quod mouetur et viuit erit vobis in cibum. Illam vero primi temporis victus tenuitatem commendat Boetius in libro de consolatione: dicens. Felix nimium prior etas contenta fidelibus aruis. Nec in orti perdita luxu faciliq̃ sera solebat ieiunia soluere glãde. Quo cõtra nos dicere possumus infelices et miseri illi sunt qui celebrem vitam processi denuo statuunt oculos suos declinare in terram ⁊ ollas carnium egyptiacas suspirantes celeste manna fastidiunt: at per hoc ad sepulchra concupiscentie a domino prosternuntur. Completurq̃ in eis illud psalmi. Sepulchrum patens est guttur eorum: hoc est gutturis ingluuies manifesta est causa perditionis ipsorum: igitur qui potest ascendere montem obseruantie cartusieñ. audacter ascendat: quoniam ibidem pascuis mundioribus refocillabitur cor ipsius. At vero quicunq̃ sunt mundiores corde limpidius vident deum: dño dicente. (Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt.) Hi vero clarius ipsum cernunt quibus familiarius ipse loquitur. Qui vero verticem huius montis ascenderit cibabitur mãna deuotionis ⁊ adipe frumenti videlicet ex nimia charitate xp̃i ⁊ hoc pane cõfirmabitur cor ipsius. et vino amoris agni celestis inebriatus dormiet non sentiendo mundana. Et requiescet in pace bone voluntatis ipsius iocunditatem sperando eternarũ delitiarum. Qui vero montem predictum ascendere non valuerit seu noluerit ambulet per loca demissiora iust⁹ in opere et rectus in corde vt lucem consequatur immarcessibilem ⁊ letitiã sempiternam quia iusto lux oritur ⁊ rectis corde letitia. Quomodo vero in proposito iuste ⁊ recte ambulet docet apostolus inquiens ad romanos. xvj. Qui mãducat nõ mãducantẽ non spernat et qui non mãducat mãducantẽ nõ iudicet. Non igitur vltra q̃ liceat de proximis iudicemus maxime cum non deceat nec expediat. sed illi relinq̃mus iudicium cuius oculis cuncta patẽt ⁊ cui est laus et gloria in secula seculorum. Amen.

Registrum.

A A. B B. a. b. c. d. e. f. g. h. i. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. v. x. y. z. ⁊. ꝯ. ꝶ. A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. oẽs sunt quaterni: dempto. B B. ⁊. O. qui sunt terni.

¶ Expliciunt opera Arnaldi de villa noua medici acutissimi nuprime recognita ac emendata. Lugõ. ĩpressa in calchographia Honesti viri Jacobi myt. Anno domini. M. cccccxxxij. die vero. x. mensis Junij



XVI
61.1.Arn

FV.R.8645

XVI
61.1
Arm

Arnaldi
de
villa nova

Anno 15[illegible]